

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Specimen Positionum Juris Romani Dissonantis A Jure Germanico Communi Et
Mecklenburgico : sigillatim I) In Consensu Connubiali Et Potestate Matris. II) In
Matrimonio Coacto, Emancipatione Et Dote. III) In Dissentiente Patre Præer
Causam. IV) In Conjugiis Hominum Propiorum & Ictione Nobilium**

Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1726?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002326540>

Druck Freier  Zugang

RU jurist. 28.Dec.1726
Westphal, Ern. Joach. 16

*SPECIMEN POSITIONUM
JURIS ROMANI DISSONANTIS
A
JURE GERMANICO
COMMUNI ET
MECKLENBURGICO.*

Sigillatum

- | | |
|---------------------------|---|
| I) IN CONSENSU CONNUBIALI | III) IN DISSENTIENTE PATRE
ET POTESTATE MATRIS. |
| II) IN MATRIMONIO COACTO, | IV) IN CONJUGIIS HOMINUM PRO-
EMANCIPATIONE ET DOTE. |
- PRÆTER CAUSAM.
PRIORUM & ICTIONE NOBILUM.

Quod Consensu Magnifici J^Ctorum Ordinis

PRÆSIDE

**ERNESTO JOACHIMO
WESTPHALIO,**

Utriusque Juris D. & Advocato Ordin.

In publica arena defendet

JOANNES PETRUS Schöller,
Rostochiensis.

*In ACROATERIO ILLISTRIS AD VARNUM ACADEMIÆ
Die XXVIII. Dec. An. M DCC XXVI.*

ROSTOCHII,
Typis Io. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typog.

4

LIBERIUS ROMANUS
LITERIS COMMUNIUS
MERCATORIBUS

IN COSENZA COMMUNIAE ET IN DISCENTIA
IN FESTIVITATE MARTIRI
IN MATERIA COMMUNICAT
IN MATERIA COMMUNICAT DEO



LIBERIUS
ABANTIO
UNIVERSITATIS
IN LIBRARIIS ALERE DEFENDET
JANUARII 2002 PATRIOS
LOGOCRISIA

LIBERIUS ABANTIO
UNIVERSITATIS
IN LIBRARIIS ALERE DEFENDET
JANUARII 2002 PATRIOS
LOGOCRISIA



VIRO
PLURIMUM REVERENDO
ET RELIGIOSISSIMO
DOMINO
**OTTONI PETRO
MOELLERO,**

Ad Aedem Cathedralem D. Jacobi
Ecclesiasti per triginta annos meri-
tissimo , Reverendi Ministerii
Seniori Gravissimo,

PARENTI SUO OPTIMO
omnique filiali reverentia & cultu ad cineres usque
devenerando

S.

VENERANDE DOMINE PARENS.



On ex more, sed ex merito
Tibi nuncupo & dico pri-
mitias has academicas
studiorum, qui Tibi prin-
cipium, vitam, educatio-
nem & innumerabilia paterna beneficia
debeo. Sane nullum esse affectum, qui
vincat paternum, non quidem Justinia-
nus (*), sed Tuus in me amor, me docuit,
ut ferreus essem, Teque indignus filius,
nisi paterno Tuo affectui responderem
filiali obsequio, omniisque reverentia alla-
borarem, Tua beneficia qualicunque animi
documento repensare. Hodie demum
michi enata est prima, quam ambabus am-
plector, occasio, declarare Tibi ac publi-
ce

(*) L. 7. pr. C. de Cur. Fur.

ce testari animum devinctissimum, pari-
ter ac gratissimum pro tot in me collatis
paternæ indulgentiæ documentis, quibus
à prima statim infantia in hunc usque
diem me singulari zelo & amore affecisti,
ut quicquid esse poterit curæ & beneficij
indulgentissimi Parentis in formando &
erudiendo filio, omne in me contuleris copio-
sissime. Ipsum, quod violasse nefas est,
juris naturalis dictamen obligat me in
tanto ære valide ad ~~artidaga~~ & remunera-
tionem ; at fateor, me nec recognitionis,
nec particularis solutionis, multominus
compensationis quicquam in numerato ha-
bere, quo Tibi, quæ debeo, possim repen-
dere. Accipe vel interurii, vel redho-
stimenti alicujus loco obsequium, reveren-
tiam, industriam & devotissimam men-
tem, accipe me ipsum animumque, quem
Tibi offero & addico, devinctissimum in
solutum. Præter hæc bona nihil habeo,
quod cedere Tibi possim & refundere, cum

X 2

quic-

quicquid alioquin possideam, Tua posside-
am liberalitate, gratia Tua & cura.
Quicquid debitorum restat, restat vero
plurimum, intimo cordis voto exsolvam,
& summo Numini delegabo, ut Te servet
& tueatur in annos nestoreos sospitem,
viribus mentis & corporis incolumem, ut
omnibus beneficiis, quæcunque in his ter-
ris putantur maxima & præstantissima,
Te circumdet atque cumulet. Ita quam
diutissime, quod oro impensissime, Tuis
consilis, auxiliis, votis, me reges, subleva-
bis, tueberis. Votorum hæc trias myri-
adem complectitur bonorum. Vale, Tu-
umque in me amorem fac perennare. Ex
voto

Venerande Dn. Parens

Scr. Rostochii 1726.
d. 22. Decemb.

Tui ad omne obsequium promptissimi
filii usque ad tum. m

JO. PETRI MOELLER.

Q. D. B. V.

PROOEMIUM.

De Juris Romani & Germanici Nexus & Instituti praesentis ratione.

Juris Romani quod ad Rem publicam Romanam precipue spectat, & Germanici cum communis, tam provincialis Mecklenburgici differentias constituimus nunc meditari sigillatim in argumentis non nullis connubialibus Liberorum, Hominumque, qui proprii vocantur. Usu suo & ratione diversum est praesens institutum ab otio illo & conamine, quod in solis verbis & formulis juris Romani occupatur, & ultra Principiorum Romani juris nudam notitiam non protenditur in pragmati-
cam, quæ princeps Jurisprudentie fulcrum est, Legum ad usum applica-
tionem. Juris R. præstantia, & copia & ornatu, fateor, insignis adeo est,
ut facile Icti elogio quemvis dixeris inferiorem longe & indignum, qui haud sedulo die nocteque manu & mente juris R. sacra circumtulerit atque re-
volverit. At vero existimandum non est, omne Juris punctum in Scholis &
foris Germaniae nunc illum feliciter tulisse, qui vel Juris R. fidem & for-
mulas quasque, fabulas etiam antiquas (a) & otiosas recitaverit prout
Papicola preces suas in Rosario; vel qui in nudis Juris R. placitis ad per-
spicillum usque haserit, & canescens versatus fuerit in commercio Triboniano-
neo; plura sunt, que requiruntur ad saltum, plura restant, que demur
Jurisprudentia & Icti dignitati (b) satisfaciunt ex asse & catbolice. Prin-
cipio enim volvenda non sunt Jura Romana, ut videamur illa credidisse,
seu recitasse & memoria tradidisse; sed ut reperiamur didicisse illa atque
explicuisse solidissime ex primis fontibus & visceribus Reipublicæ romanae (c)

X

ex

-
- a) Est vox ipsius JUSTINIANI in Praem. J. & L. un. C. de nudo jure Quiri-
tum tollendo.
 - (b) Lege III. Dn. HOFFMANNI Praecognita de vera Juris & Icti conditione &
orationem de vera Icti dignitate & officio.
 - (c) Excelluit in his Juris R. ipsissimi exponendi studiis Batavi Icti, nostra æ-
tate Clarissimi, VORTIUS, WISSENBACHIUS, HUBERUS, WATE-
RUS, NOODTIUS, SCHULTINGIUS, BYNCKERHOEKIUS, HEI-
NECCIUS, cuius postremi elegans in Legem Papiam Poppæam commen-
tarius, Juris R. cupidis omnia novissime salivam movit. Expedit hice-

Prooemium, Quid Jus R. & Germanicum;

ex historia (d) & antiquitatibus Romani Juris (e), & curatissimis Legum, Ictorum & Historicorum Romanorum presidiis & scriptis. Deinde curatissimi Legum sensus Jurisque R. doctrine & hypotheses ad suas revocandas sunt rationes genuinas (f), ex Republicae Romanorum primis & innatis principiis oriundas. Post Juris R. Leges & rationes ad foras Germanicas sunt applicande & conferende invicem cum moribus germanorum eorumque Republicae & Fori indole ac ratione, quod docet D. KESTNERUS diss. de Juris Romani coniunctione cum Jure Germanico. Demum dispensandum est de usu pratico Juris Romani in foris juris Germanici, ut constet, quid ex peregrinis Legibus obtineat in hodierna praxi, quid consonet ex receptione cum nostris foris, quid propter diversum Republicae R. & G. statum juriumque diversum obligandi rationem, autoritatem & indolem forensim (g), dissonet ab illis & debeatur moribus seu Juri Germanico. Omnes una voce clamatant, in subsidium receptum est Jus Romanum; at quo si vocem attolle tu & intellige, ne Mutianum (h) illud Tibi dictum esse amplius videatur. Quodsi enim subsidiarium nominetur, necesse est praecessisse praecipuum jus. idque patrum, in cuius supplementum rece-

ptum

volvissè JURIS R. FONTES, Codices varios, versiones, Fragmenta, in quibus recensendis toti sunt Scriptores Historiae Juris R. VOETIUS, LEWENIUS, GRAVINA, HOFFMANNUS præcipue & STRUVIUS.

(d) Lege BARBEYRACI, SCHULTINGII & BALDUINI Opuscula de dignitate & utilitate Juris & Historiarum & utriusque disciplinæ coniunctione. BARBEYRACII Oratio addita est au Système du droit de la Nature. SCHULTINGIUS Jurisprudentie Antejustinianæ suam junxit.

(e) HOFFMANNUS in Præf. ad Historiam juris Justiniane de usu Antiquitatum romanarum in Jurisprudentia, & D. FRANCIUS in diss. præliminari ad Libros SIGONII, de eodem arguento.

(f) Audi vocem CELSI in L. 17. ff. de LL. Scire Leges non hoc est verba earum tenere, sed vim & potestatem, seu Rationem. Magni habendæ sunt propterea SCHILTERI Exercitationes ad ff. & BAYERI Positiones ad J. & ff. Utique Juris R. rationes ex genuinis fontibus curate eruit earumque usum & non usum in foris Germanicæ sedulo explicat. Secutus est horum vestigia Dn. THOMASIUS in usu pratico J. seu notis practicis ad J. & ff. ut ipse fassus est in præfatione §. 15.

(g) De causis dissonantis Juris romani & Germanici copiose dictum est rationibus & exemplis in diss. de J. romani indole & diversa obligandi ratione in foris R. & G. c. 1. & 2.

(h) Turpe est Patricio jus iu quo versatæ ignorare. L. 43. ff. de O. J.

Quid præsens institutum sit explicans.

ptum esse dicatur Jus Romanum (i); necesse est, receptum illud esse in usum
subsidiarium in causis ad rationes & indolem Reipublicæ Germanorum ap-
plicabilibus (k), salvo præterea jure legislatorio Principum (l), neque non
suppressis (m) sed & salvis omnino (n) moribus domesticis avitis propriis,
) 2 quibus

(i) Facile judicari hac ratione poterit, quid habendum sit de sententia com-
muni: *Jura romana fundatam habere intentionem & viridi valoris præsum-
tionem, donec non sint abrogata.* Quæstio hic non est de abrogatione, sed
receptione, quæ est subsidiaria. Late exagitata est hæc controversia inter
SCHILTERUM & KULPISIUM, cuius compositionem & rationes vide
apud CONRING de Origine juris Germ, cap. 33. BAYERUM Pref. ad ff.
§. 18. & in Meditatione de fatis & usu studii Juris F. in Germania pag. 64 sqq.
Primum sequuntur DUCKIUS, STRYCKIUS, HERTIUS, BERGERUS,
Henr. LINCKIUS & etiamnunc in præfixo sequimur; alterum defendunt
Historia, Veriora quæque & LEHMANNUS, ERICUS MAURITIUS,
Christophorus BESOLDUS, BAYERUS, THOMASIUS, KESTNERUS.
Vide Celeber, STRUIVII Hist. Jur. Germ. §. 39. p. 542. & qui à partibus
Schilteri stat, HEYDELMANN in Diatribe de Juris romani receptione, Le-
gumque Germaniae autoritate præsenti.

(k) KESTNERUS in Probl. 5. de Jure R. deficiente Jure G. non attendendo ubi
rationi repugnat p. 51. sqq. JO. AMSELius diff. de casibus Jure R. decisio &
J. prutenico omisss. §. 6. 7.

(l) THOMASIUS diff. de Jure Legislatorio Principum adversus jus commune.

(m) Pertinent hoc ex Historia contentiones inter Scabinos & Doctores J. re-
mani peritos. Pertinent hoc & nonnulla Germaniaæ morum suppressio-
rum exempla in argumentis successionis, fideiussionis, donationis, majo-
rennitatis, confraternitatis, præcipue inter privatos. Lege LUDEWIGII
differentias J.R. & G. in Sclo Vellejano, donationibus & ætate puberum ac Mæ-
jorum.

(n) Conr. SINCERUS diff. de Germanicarum Legum veterum & romani Juris
in Rep. nostra Origine & autoritate præsenti cum Notis THOMASII. Nul-
lus, quem sciam, rationibus SINCERI seu KULPISII firmi aliquid op-
posituit in nostram usque ætatem. Pertinet huc momentosa supremi Ju-
dicii sententia in Causa, quam D. HOCHMANNUS tuitus est, Successoria RITT-
BERGENSI, in utraque instantia & in Possessorio & petitorio à Parte Co-
mitis Fœminæ de Caunitz pronuntiata in prærogativam juris Germanici,
quod summi Judices non quidem ob speculorum consensum, sed pro-
pter Reipublicæ mores & indolem salvum & præferendum esse volue-
runt Lichtensteinensem Repositionibus ex Jure Longobardico & roma-
no. Expedit legisse Excell. Dn. Steph. Christoph. HARPRECHTII Com-
mentarium de non usu moderno speculi Svecici pref. §. 13. & Parte I. c. I. 2.
3. 4. 5. 6. & 10.

Prooemium, Quid Jus R. & Germanicum,

quibus nulla Republica ante & post receptionem jus R. in universo orbe constitutus (*), nisi dixeris J.R. receptionem Sec. XV. & XVI. demum (**) constituisse Republicas. Tunc saltim summatim in praesenti causam & mores Germania. Sunt vero ipsi mores vel communes, qui cum universalis Reipublicae indole, Imperii Germanici forma, genio & rationibus fori domesticis (o) indissolubili

&

(*) Nullus nisi Leguleius, qui unicum in orbe esse putat jus, utpote Romanorum, hoc forte negaverit. Ablego vero bonum illum Virum simpli- ci industria ad ipsas Institutiones, quæ jura Publica & Privata definit, quæ ad CUFUSQUE Reipublicæ statum per se & PRINCIPALITER spectant & à quoque Superiori inter Cives sunt constituta. Cives Germanos vero Cives romanos esse Germanus nullus crediderit. Republica nostra peculiari est, quin audi quoque Itali OBERTI de ORTO monitum ad filium Anselmum, hocce: *Usus juris Romani & Longobardici qui in nostris Latini Partibus obtinet, non extendit vim suam in alias provincias, utpote ratione non nisi receptitia, neutiquam originaria & vi legislatoria.*

(**) Sermo hic est de Receptione juris romani Camerale Imperiali Casarea, & Territoriali Principum, non de dogmatica scholastica & curiali privata, cuius natales debentur Seculis XIII. & sequentibus.

(o) Differit de his Præsidii & FONTIBUS Juris Germanici communis prolixie WERLHOFIUS Spec. I. de jure Germanico universalis. Ex instituto descripsi & universim in sistema quidem omnes hi nondum redacti sunt mores, verum defixi sunt in usu & Reipublicæ, quæ Scriptura superior est, inde & natura, repetiti sunt & commemorati subinde passim in Legibus Imperii & Territoriorum quin docent Acta Comitiale apud LONDORIUM, THUCELIUM, MULLERIUM, diutius id egisse & voluisse Casares & Principes, ut, quod factum est in nonnullis Academiis, Juris Germanici Professores constituerentur, & Corpus Juris Germanici universalis promulgaretur. De quo instituto vide positionem 4. p. 29. Certe cognitio fatus, experientia, praxis, Reipublicæ notitia fidi sunt morum communium Interpretes, quibus accedit sedula Legum veterum & Capitularium veterum Germanorum à BALUZIO, LINDENBROGIO, HEROLDO aliisque à quinto seculo in medium usque seculum collectarum collatio cum Codicibus Repkovi & Grimmesteini, Imperii Recessibus, Legibus Provincialibus & Municipalibus recentioribus, quæ mira, in plurimis argumentis, communi harmonia egregie convenient invicem & concordant, juriumque communium complexum facile constituunt. Lege D.GRASSII Collationes juris R. cum recessibus Imperii, & crebro volve omnes, qui cuna STRYCKIO, HOPPIO, PHILIPPI, BERGERO, HERTELIO & ANONYMO des teutschen Justiniani, meditati sunt usum practicum J. romani in foris bodieruis, ut & omnes, quibus post CONRINGIUM debemus Historiam juris Germanici. Vide Pos. IV. pag. 28. & adde Christ. Godofr. HOFFMANNI dissert. ad Bayerum de Juris Germanici Principiis, existentia, Facilitate & tractandi ratione. §. 25. p. 17.

Quid præsens institutum fit explicans.

S perenni vinculo ita coherent, ut inde avelli nequeant, donec *Res publica* salva est; vel sunt particulares (p), qui certa Germaniae regioni proprii sunt & innixi Ordinationibus Provinciarum & Legibus Territorium; vel demum singulares (q) sunt & locales, quorum fontes profluant in statutis, in Ordinationibus civitatum, in Legibus & moribus municipalibus, quorum in successionibus & poenis præcipue ingens est differentia. Ad exhibendum horum, qui sub Juris Germanici communis, particularis & singularis elogio veniunt, morum Germaniae specimen, eorumque cum Jure R. instituendam collationem, in præsenti accinximus calamum & mentem, ad hoc conamen ideo præcipue admotam & compulsam, quia hujusmodi Juris R. & fo- rensis, eorumque rationum dissonantias & collationibus, Jurisprudentiae argumenta ab otiosis multis capitibus, à confusione, incertitudine (r) & discrepantiis opinionum in Scholis & judiciis (s) non solum liberantur atque certa evadunt; verum & solida fiant, curata, genuina, rationabilia, forensia & pragmatica, suisque numeris absoluta & consummata (t). Hac ipsa Jurisprudentiae, quæ in Republica & officiis Germanorum trutinam sustinent rationis & usus, commoda & emolumenta, superioribus cavis diutius,

(u) &

(p) FONTES horum indicat & recenset WERLHOFIUS in Spec. II, de Jure Germ. particulari. Redacti sunt nostra ætate in nonnullis Regionibus mores Provinciales in Scripturam systematicam, ut itaque, licet Cives germanæ nondum Institutionibus juris Germ. communis gaudeant; Institutionibus tamen juris Germanici particularis, Cives regionum alicubi instructi sint. Pertinent huc Institutiones juris Boici SCHMIDII & KHRAISSEI, Silesiaci, Svecici, aliarumque regionum. Excellens est institutum, in quo Saxones nostra ætate gloriantur, dum prodidit Codex Juris Saxonici Augusteus.

(q) De horum FONTEBILIS legendus est GISEBERTUS in Periculis statutorum & justiniano Harmonico. Adde in Positione IV. not. z.)

(r) Vide THOMASIUM in Programmate, Nævis Juris Antejustiniane addito, de exiguo usu juris Justiniane in foris germaniae. Otiosa primorum Titularum Pandectarum capita summatim excusſit præente STRYCKIO; quibus addi possunt otiosæ doctrinæ ex Institutionum Titulis collectæ in Diff. de Juris R. indole p. 133. p. 158 - 167.

(s) Quæ innuo, copiose intelliget, qui volverit Diffensus in Praxi, quorum post Cævallum, Barbosam & plures, Decem Centurius novissime edidit Dn. TOB. BARTHIUS in duobus Tomis, qui facile evincunt, quam stupenda sit Ictorum & integrorum Collegiorum in jure dicendo diffensio & contradic̄tio, utraque ex parte suis Autoribus stipata. Adde GRIBNERUM de jure incerto ex dubia Legum autorit. oriundo.

(t) Per se patet, frustra exspectari apud Germanos ex Jure romano Jurisprudentiam perfectam. Nihil de argumentis Juris romani illis, quæ in Ger-

Prooemium. Quid Jus R. & G. quid præsens institutum sit explicans.

(u) *& nostra in primis etate ubique fere excitarunt Literatos* (x), *ut hisce curis Jurisprudentia Romano Germanica non simulata cognitioni viam fluvijs paraverint, & hoc saltim ipso ad finem ruente anno, satis copioso numero nostram industriam variis ejusdem indolis speciminibus Academiciis præiuerint Doctores in Germania Academiis, cum vicinis, tum remotioribus celebratissimi* (z), *quorum exempla (*) sequimur hic & imitamus allata consultissima ex ratione. DEUS conatur secundet!*

mania usi omni destituuntur, hic repeto, id saltini innuo, quod Mores peculiares Germaniae permulta Capita Jurisprudentiae addant, de quibus ne tanti quidem Legitur in universo corpore juris romani. Præcipua hujus rei argumenta recensent ENGELBRECHTIUS Comment. de studii Juris Germ. utilitate: KESTNERUS diff. de germanorum juribus circa personas & res in jure romano plane non tractatis & GEO. BAYERUS in disquisitione de utilitate lectionum academicarum in Juris germanici capita in jure romano ejusque explicatione prætermitti solita. Adde Pos. 4. p. 17. not. m. Promisit & Illust. GRIBNERUS opusculum de insufficientia J. romani in foris germaniae.

(u) Pertinent huc qui ediderunt *Observationes & Lectiones Theoretico Practicas* superiori anno. Inscriptionem quidem sapienter temere mentiuntur & loculos romani juris tantum excutiunt; interim vero solus BOEKELMANNUS in *Differentiis Theoræ & Præxeos* illos masculine contudit, qui ex insolenti ignorantia juris germanici studium alicuius accusarunt novitatis. Damnat illos ad Alpes romanorum, ut ibi perorenent jus Romulidrum, poenamque iuant æternò à foris germania exilio.

(x) De horum nominibus in ipsis Positionibus, & sigillatim in Pos. 4. p. 28. 29.

(z) Apud Kilonenses hoc anno *Dissertationem Juris Germanici* ventilavit Joh. Christ. FLAHT Præside D. Frid. Gottl. STRUVIO de *Lucro dotis ejusque privilegio in Concursu Creditorum*. In Julia Academia prodiit *Celeberrimi KRESSII Specimen jurisprudentiae forensis cum Prolegomenis de jure germanico & Cel. AUG. LEYSERI elegans diff. de Tutela*, quam Jus R. ignorat, patet. Apud Lipsienses D. HOMMELIUS defendit *Specimen Jurisprudentiae civilis germanicae ex jure germanico R. & Canonico compilata*. In Erfurtensum athenis D. CONRADUS disputavit de *Indole satisfactionum Judicialium secundum jus romanum & germanicum*. Wittebergensum Academix ejusque celebratissimo Doctori SPENERO debemus cogitationes in *Jus R. & Germanicum de usufructu maritali in bonis uxoriis*. Apud Halenses denique viri docti & consultissimi D. SCHNADERBACHIUS de *Petendis ex Concurso usuris secundum jus romanum & germanicum & D. KNORRIUS de jure Conjugis nuptias iterantis in bonis propriis & à priori conjugé quæstis ex Jure G. & R. differuerunt*.

(*) Promiserat & ante annum in publico Catalogo Dn. WARNEMÜNDE *Specimen differentiarum juris romani & Mecklenburgici*; sed quantum scio, promissis nondum stetit, nec laudissimum hucusque explevit institutum, liberandum omnino ab objectionibus dilatoris.

POSITIONES

* * (*) *

POSITIONES JURIS ROMANI DIS- SONANTIS à JURE GERMANICO COMMUNI & MECKLENBURGICO.

POS. I.

De Consensu matris Connubiali & Matria Potestate.

§. I.

JURE ROMANO PRIVATO liberi ad ineunda conjugia legitima parati, Patris consensu omnino opus habuerunt, (a) neutiquam matris (b) cui nulla exhibita fuit reverentia à filio in primis, (c) matrimonii Candidato.

Juris Romani Disso-
nitio,

Eiusdem]
ratio

§. II. Ratio hujus Juris admodum congrua est statui Romanorum. Mater enim nullam in liberos habuit potestatem, (d) nulla onera educationis tulit, nullus inter matrem & liberos fuit nexus, nulla olim familia, (e) haereditas nulla & successio (f). Egit uxor in mariti sui dominio ad famulatum usque & mancipium, & intuitu liberorum instar extraneæ fuit, iterumque non sine ratione.

A

tione.

- (a) Pr. *J. de Nuptiis*. GOTHOFREDUS ad L. 210. de R. *J.* Fr. DUARENUS Tr. de sol. matrim. Prooem. n. 7.
(b) L. 2. ff. 25. de R. N. DN. à LUDEWIG. diss. de Consensu Connubiali c. 1. HAHNIUS ad Weseub. de R. N. n. 3.
(c) Vide L. 62. ff. de R. N. AUGUSTINUM. Ep. 233.
(d) §. 10. *J. de Adoptionibus*. §. 3. *J. de PP.*
(e) GELLIUS libr. 18. c. 6.
(f) Lege Interpretates SCti Tertulliani & Orphitiani, ex quibus liberi matris heredes facti sunt apud romanos. Videatur BROWERUS de Jure con-
nubiorum L. 1. c. 8. BEUSTIUS, CYRRÆUS in libris de eodem argu-
mento. Adde præcipue Legis Voconiae interpretes IAC. PERIZONIUM
de fæmin. haereditatibus c. 2. AUGUSTINUM Patrem *J. R. callentissimus*
L. 3. de civ. Dei c. 21..

tione. Vitam enim matri quidem, sed educationem liberi Patri soli debuerant, cuius etiam onerosum officium fuit alendi & dotandi liberos, quin & tuendi & sustentandi familiam novellorum conjugum.

*Et Applica-
tio ad foro
Germania.*

§. III. JURE GERMANICO COMMUNI liberi ab utroque Parente exigunt consensum (g), matrisque voluntatem perenni, quæ juri naturali conveniens est, (h) observantia suspiciunt, sive vivat Pater aut avus sive mortuus sit uterque, sive dissentiat sive concordet Pater, cuius voluntas neutiquam maternam expungit, matrisque autoritatem exulare jubet.

*Ratio Juris
Germanici
communis.*

§. IV. Ratio hujus moris indoli Reipublicæ consonata est & harmonica. Non enim maritus matrimonii onera solus fert, uxor socia est laboris, bonorum onerumque operarum & curarum particeps, (i) ideoque Matri à liberis obsequium & matria potestas (k) in liberos,

- (g) Testatissimum hoc est perenni usu. CARPOZVIUS L. II. *Jurisprud. Consistor.* lib. 3. def. 39. n. 21. def. 44. THEOD. PAULI *diff. de consenſu Paren-
tum ad nuptias liberorum qu. 3.* DN. SCHÖEPFERUS *diff. de necessitate
cons.* Pat. in N. Liberorum cap. 2. Loca Legum Germanicarum veterum
à quinto seculo usque ad æva postcarolingica legi possunt apud BA-
LUZIUM, PITHOEUM, LINDENBROGIUM, HEROLDUM in co-
dicibus Legum Germanicarum.
- (h) WILH. à MÜHLEN ad Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 5. §. 10. PUFEN-
DORFF. lib. 6. J. N. cap. 2. GRAVINA de Jure Nat. p. 246. §. 10. Con-
senſum juris divini docent BRACKNERUS in decisi. matrim. P. 1. cap. 2.
n. 21. GERHARD Loc. Theol. T. 7. de conjug. §. 59. Juris Canonici vero
decreta recensent SANCHEZIUS de matrimonii sacramento libr. 4. disp.
22. n. 3. FR. de ROY Inst. Jur. Can. lib. 2. tit. 9. §. 4.
- (i) Vetusti moris veteres testes sunt STRABO lib. 3. p. 165. TACITUS de
moribus Germ. cap. 17. & recentiores interpres ABRAH. à WESEL de
Connubial. honor. societate pag. 30 sq. FELTMANNUS ad L. I. ff. VIII.
§. 9. p. 201. SAM. STRYKIUS de jure mariti in bonis uxorius c. 1. & D.
KNORRIUS *diff. J. R. & G. de alimentis à matre liberis prestandis* p. 27.
- (k) Docent hoc fuse ex usu forensi THOMASIUS in Uso practico J. lib. I. tit. 9.
§. 12.

beros, commoda pariter familiæ, & singulis invicem jura
successoria deferuntur (1).

§. V. JURE GERMANICO PARTICULARI sive *Consensus Provinciali, & MECKLENBURGICO* (m) quidem, idem *J. G. particularis* clare est definitum (n) ne fiant sponsalia sine utriusque *Mecklenburgici* (o)

A 2

Paren-

(p) 12. DEMERATH P. 3. diff. J. R. & Franc. n. 4. p. 110. Adde, quod matri in nostra Republica eadem jura in re familiari sint quam Patri, itidem quod matri ipso jure deferatur tutela, quod Patre mortuo, mater liberis prospiciat & privative imperet, nec non quod duplicitis generis habeamus orphanos *Vater-lose Waysen, Mutter-lose Waysen*, quod deinde in diversitate sacrorum filiæ matris religionem, filii Patris credenda soleant amplecti. THEOD. PAULI in *diff. de matrim. personarum diversæ religionis* p. 7. J. R. omnia hæc sunt inaudita, cum uxor non fuerit socia potestatis & laboris.

(l) BENCKENDORFF de *jure Mulierum* T. I. p. 167. PINELIUS Tr. *de bonis maternis & EICELIUS de jure Parentum & liberorum, præcipue Celeb.* DN KRESSIUS *Diff. jur. R. & G. de æquitate success. conjugum cap. 5. p. 20.* & *Consultiss. DN. D. VOGTIUS diff. J. G. de communione bonorum ejusque effectu juxta Statuta Lubecensia p. 6. sq.*

(m) Alia Jura Provincialia evolvere nunc non vacat. Faciunt *huc Edictum Electorale Brandenburgicum von Verloben und Ehe Sachen* a. 1694. d. 15. Dec. §. 7. *Edictum Ducis Brunsuicensis in Ducatu Guelpherbytano de a. 1693. d. 4. Jan.* *Edicta Belgii Provinciarum habentur apud CHRISTINÆUM ad Stat. Mechlin. Tit. 19. art. 30. & Septentrionalium apud STIERNHOECKIUM de *jure Suecorum* L. 2. c. 1.*

(n) ORDINATIO Consistorialis MECKLENBURGICA de an. 1572. tit. von Ehe-
Gelübden ohne Verwilligung der Eltern: ORDINATIO Politica MECK-
LENBURGICA non castrata de an. 1572. tit. von heimlichen Verlöbnissen §. I.
De praxi Consistorii Patrii testantur COTHMANNUS lib. I. Resp. 1. n.
305. & lib. II. R. 34. n. 156. sq. R. 86. n. 79. CARPZOVIVS lib. 2. J. C.
def. 36. 38. sq. Quibus recens sententia accedit, quam in Dycasterio Sue-
rinensi latam esse scimus his verbis: In Sachen B. Klägers wider J. J. J.
Beklagten und dessen Mutter S. C. J. Intervenientin &c. daß die Sponsalia
in Ermangelung Mütterlicher Einwilligung vor null und nichtig zu achten.
Juraverat subinde mater, se de sponsalibus nec quicquam rescivisse,
nec tacendo iisdem impertivisse aliquid autoritatis, plane uti præjudi-
cia habent apud DEDEKENNUM *Confil. Vol. 3. L. 2. S. 8. n. 9.* Confer
COTHMANNUM *Vol. I. R. 1. n. 666.* & MEVILUM *P. I. Dec. 40.* recte
docentes, quod in Megapoli sponsalia pro clandestinis, quæ ipso jure
nulla sunt, reputentur, quæ destituta sunt matris consensu expresso
vel tacito

*Singularis
Statutariorum
Lubecensis.*

Parentis scientia ac voluntate (o). Idem scriptum est definite JURE GERMANICO SINGULARI seu Statutario,

(o) Ipso jure corruunt sponsalia hoc casu, ADRIANUS PALUÆUS & HER-
VETIUS *Libris de Nuptiis sine Parentum Consensu non contrahendis* p. 40. 71.
Sed quid, si copula carnali quin & hierologia fuerint munita? Quæstio
est desperata, certe problematica, forte distinctius solvenda. **JURE RO-**
MANO conjugium inscio Parente contractum ipso jure nullum est, quin
etsi postea ratihabito accesserit, consensus Patris subsequens non retrotra-
hitur ad inchoationem conjugii, nec, uti moribus germanorum, vi-
tium nullitatis præteritum tollit, sed firmat, ut liberi habeantur ex con-
tubernio & fornicatione procreati & sint illegitimi. Vide BRUCKNE-
RUM *Dec. Matr. c. 2. n. 98. p. 149.* GIESEBERTUM L. 1. P. S. c. 38. n. 42.
STRYCKIUM *diff. de matrimonii nullitate* §. 15. **RATIO Juris R.** repe-
ritur in onere Patris alendi filium cum nova alumna uxore, præcipue
vero in rigore & perpetuitate Patriæ potestatis, quæ perpetim *cum Jure*
acquisitionis liberorum etiam post nuptias conjuncta fuit, ut ideo omnino
è re Patris fuerit, ne liberi nisi iussi contraherent & nuptias & rei fami-
liaris & acquisitionis impedimenta. L. II. ff. *de Statu hom.* L. 65. §. 1. ff.
de R. N. VINNIUS ad J. L. I. Tit. 10. p. 46. HARPRECHT ad J. d. t.
n. 63. GAILIUS L. I. *Obs. II.* HOTTONIUS *Quæst. illust. qu. 9.*
JURE CANONICO negotium connubiale subsistit utroque casu & co-
pulæ, & Benedictonis; sed *Ratio* est Tridentini Concilii autoritas, præ-
tensus favor matrimonialis & fictio Sacramenti, per hierologiam, quin
& per copulam carnalem, si Diis placet, contracti, ut facile igitur ipsius
vis sit, jure invalida, facto convalidare, omnemque malitiam & libero-
rum proter viam sanctissime tegere & abluere. C. 30. X. *de sponsal.* LEO
Papa in Can. 17. Caus. 27. qu. 2. BEUST *de sponsal.* c. 14. CYPRÆUS *de*
sponsal. c. 10. FR. FLORENS T. II. *Oper. ad Decretorum causas 27. 28. sqq.*
Utriusque juris ratio, & romana patriæ potestas perpetua, liberorumque ac-
quisitio, & matrimonii sacramentum in nostra juris & religionis catechesi,
quod clarum est, exultat, dic itaque quæsto, quid sit definiendum?
JURE GERMANICO FORENSI & ECCLESIASTICO PROTE-
STANTIAM validum esse hoc casu matrimonium merito propugno,
procul tamen esse iussis papizantibus rationibus. Puto, graviores longe
causas habere Patres Germanorum, ut ira illorum deferebat à rigore La-
tii, sintque indulgentiores, quam Patres romani. Principio enim Pater
apud Germanos novellam filii familiam non alit, deinde filius ipsi nihil
acquirit, nihilque igitur Patris utilitati detrahit, nec commodo cetero-
quin apud romanos ex acquisitione liberorum oriundo, objicit quic-
quam impedimenti, quin potius sumus & familiam Patris, quam one-
raverat,

tario, Lubecensi (p) Würtebergensi (q) aliisque legibus
municipalibus, quas volvere nunc non interest (r).

A 5

POS. II.

raverat, nuptiis contractis minuit & levat, patriamque simul potestatem finit. Quid? quod etiam non desint alia via illam finiendi, nunc propter artem, nunc propter separatam Oeconomiam, ut itaque Patris parum interfit, num filii per nuptias sine ipsius consensu contractis, num vero per ceteros recitatos emancipandi modos, quos impedire nequit, patios lares derelinquant. Vide RECESSUS IMPERII Augstanos de an. 1548. Erklärung wegen der Religion art. 21. §. 9. Unicum reponis, hoc quidem, quod porta aperiatur liberis licentiosis ad contemnendos prorsus Parentes. At vero non aperitur, adsunt enim media, quae obicem potius ponunt huic facinori, procisque & immorigeris liberis justissimam poenam statuunt. Nunc enim ex Civitate migrant, nunc carcere puniuntur, nunc sacris interdicuntur, nunc consortio familiari, nunc officiis Parentum & dote destituuntur, quin à parentibus exheredantur & à familia excluduntur, uti præjudiciis stabiliunt & firmant CARPOVIUS L. 2. Jurispr. Conf. def 61. MULLER ad STRUVIUM Exerc. 29. ff. tb. 19. in f. tb. 23. STRYCK. de dissens. sponsal. Sect. 4. S. 33. HERTELius in Praxi forensi Instit. Tit. X. p. 124. DN. CONR. PHIL. HOFFMANNUS diss. inaug. de jure parentum in liberos ingratos propter neglegitum in contrabendis N. consensum p. 20. sq. Consentunt Theologi LIPSIENSES apud DEDEKENNUM T. 3. Append. von leichtfertiger Copulation num. 4. sq. nec minus curate judicant Theologi ROSTOCHIENSSES an. 1622. quod copulae carnali & benedictioni his catibus nulla inesse possit vis & potestas, cum illa ad usum conjugii, non ad ejusdem causam pertineat, hæc vero externum medium sit, quod neutiquam ingrediatur essentiam matrimonii. Ad solas igitur rationes juridicas Reipublicæ accommodatas hoc casu respiciendum est, non ad argumenta Papalia. Classes Doctorum dissentientium, eorumque nunc affirmantium, nunc negantium, nunc inter majorennes & minorennes, inter promissionem nuptialem sanguine madentem & rutilantem, juratam & simplicem, ut & inter recalcitrantes & poenitentes conjuges, inter parentes in elocando & dotando & consentiendo difficiles & pronos, anxie distinguentium rationes conferri possunt invicem apud GIESEBERTUM in periculis statutorum II. art. 30. BRÜCKNERUM in decis. matrim. de clandestin. matrim. c. 2. §. 81 - 83. 93 - 95. & THOMASTUM diss. Lipsiensi de validitate conjugij invitis Parentibus initi. §. 15.

(p) MEVILUS ad jus Lub. lib. 1. tit. 4. art. 2. n. 12.

(q) Jus Wurtemb. Ecclesiasticum tit. von Ehe Sachen.

(r) Lege GIESEBERTUM in periculis statutor. HEIGIUM P. 1. qu. 22. n. 56. COLERUM P. 1. decis. 5. BRVNNEMANVM lib. 2. Jur. Ecclesiast. cap. 16. §. 5. & JOH. BECHSTADIVM in collatione iurium connubialium tam universorum & communium quam municipalium quorundam.

POS. II.

De Matrimonio coacto, emancipatione
& dote Filiarum.

§. I.

Jus rom.

JURE ROMANO matrimonii candidatis sola obse-
qui gloria relicta fuit, & potuit pater filio (r) spon-
sam Filiam, filiae vero sponsum Cajum imperare & de-
negare suo arbitratu (s).

Dicas ratio.

§. II. *Ratio admodum est concinna.* Latii enim
Jura Patrem non saltim *immenſa & perenni* in liberos po-
testate (t) nec non jure *acquirendi ex operis* filiorum et-
iam post initum conjugium (u) instruxerant, verum
etiam eundem obligaverant, ut novam filii mariti fami-
liam aleret (v), filiam vero nubendo ex ipsius familia
plane

(r) CELSUS lib. 22. ff. de R. N. LIVIUS lib. 38. cap. 51. GELLIUS lib. 2. c. 7
& alii perhibentes, potuisse etiam patrem nuptos iterum separare & rum-
pere conjugium invitis conjugibus. Quid jura justiniane in hoc rigo-
re correxerint, fuse explicuit FABROTTVS Exerc. IO. p. 125.

(s) GELLIUS lib. 4. cap. 4. VARRO lib. 5. de LL. n. 7. III. de JENA de SCto
Maced. apborismio IO. in f. BACHOVIVS & VULTEJUS ad J. lib. 1. tit. 9.
& plures, qui fuse agunt de sponsa promissa, pacta.

(t) Trucidare, vendere, exponere, necare suos liberos licuit romanis, quidni
etiam cogere ad sponsalia & nuptias. Suppar fuit patria potestas apud
romanos potestati Dominicæ, qæ ad necem usque protulit suos fines.
Erudite hoc edisserunt DION. HALICARNASSEUS in antiqu. romi. lib. 7.
cap. 27. 28. GOTHOFREDUS in fontibus juris civilis tab. 4. p. 108. VOETIUS
ad J. lib. 1. tit. 9. n. 2. p. 158. PH. PASCHALIUS de Viribus Patriæ
P. f. 116.

(u) DION. HALICARNASSEVS Ant. rom. lib. 8. SENECA de beneficiis lib. 7.
cap. 4. Evolve præcipue leges connubiales veterum romanorum, quas
explicant BARN. BRISSONIVS, ANTON. & FR. HOTTONAN-
NVS in Libris de R. N. & Jure connubiorum, qui Amstelodami conjun-
ctim editi, & inserti sunt Tomo VIII. Thesauri antiquitatum romanarum
doctissimi GRÆVII.

plane exeuntem (w) congrua dote dimitteret, quia dos fuit loco portionis hæreditariæ, (x) exclusa filia ab omni successione, lege Voconia.

§. III. JURE GERMANIÆ sponsalia contrahuntur à consponsis libero animo, non perturbato vi, metu & imperio. (y) Formulæ dotales & connubiales non parentum sed consponorum nomine concipiuntur, (z) & eousque imperium patris non profertur, ut connubia liberis possit imperare (a).

J. G. com-
mune.

§. IV. Ratio

- (v) Occupavit hoc argumentum ex instituto III. DN. BÖHMERVS docta *Dissertatione de coacto matrimonio.*
- (w) Rationes Politicas, Gentis Paternæ splendorem & propaginem respicientes elegantissime excusit PERIZONIVS ad L. Voconiam p. 108. sq. & post illum III. DN. GVNDLING dulcissima dissertatione de Emtione uxoris dote & morgengaba ex Jure Germanico. cap. 1. & 2. Lege quæ hic de effectu ritus nubendi per confarreationem & coëmissionem, nec non de formula: *convenire in manus mariti docta minerva differunt Truumviri in Jurisprudentia romana, SCHVLTINGIVS in Jurisprudentia Ante-Justinianæ n. 590. NOODTIVS lib. 2. prob. jur. cap. 9. & HEINECCIVS in Synt. antiqu. rom. libro 1. p. 135. §. 6.*
- (x) Nescii Juris romani antiquitatum interpres, SICHARDVS, PAGENSTECHERVS, ZOESIVS, BEVSTIVS & plures otiosas de filia locupleti hic movent lites, quas docte pariter ac curate ex Jur. rom. & G. discussit. DN. Carol. Gottl. KNORRIVS *diff. juris rom. & Germ. de dote filie locupletis c. 1. §. 6. sq.*
- (y) Dicunt ipsi Germani connubialia instituta à libertate, die Freyerey, sponsum den Freyer. Et certe quam consultissime. *Jure romano enim coactum matrimonium filio facile videri poterat non solum propterea tolerabile, quod pater uxori & liberis prospiceret alimentis, sed & ideo, quia apud romanos matrimonia erant dimissibilita & multiplicitis generis causis divoriorum exposita, adeo ut patre demortuo filius uxorem imperatam bona pace iterum posset dimittere privato ausu.* Secus omnia se habent apud Germanos, qui colunt matrimonia indimisibilia, GUIELM. RAUCHIVS lib. 2. Var. lect. cap. 4.
- (z) Zu wissen, daß zwischen Mevio Sponso an einem, Mevia, sponsa am andern Theil auf Raht und reisse Überlegung beyderseits Eltern nachfolgendes Ehes Werk verabredet und geschlossen. Apud romanos ex adverbo solennis fuit haec formula, testa LIVIO: *Scipio Africanus Pater, filiam despondit Grachi filio, & Gracchus iterum Scipionis filiae spopondit suum filium.*

Eius Ratio.

§. IV. *Ratio morum Germanorum ingenua est & adæquata.* Patria enim potestas apud Germanos immensa (b) non est atque perpetua, ut extendi queat ad connubia liberorum, quæ Parentibus nec molesta sunt nec lucrativa. *Filiī enim ipso matrimonio à Patria potestate emancipantur (c), Patri nec quicquam acquirunt, nec ipsi novam familiam obtrudunt, sed rei familiari ipsi prospiciunt suamet industria.* *Filiæ sponsæ vero à Patre dotandæ non sunt nisi volente.* Satis enim est filias elocatas, Patris potestati per nuptias æque ac filii valedicentes (d), non amisisse jura successionis familiaria, (e) sed mortuo Patre cum cohæredibus tam suis (f) quam

- (a) Sententias adversus coacta matrimonia latae in judicis exhibit CARPOZOVIVS lib. 1. jurisprud. consit. tit. 2. def. 30. & BOEHMERVS diss. de matrim. coacto. Quibus accedit præjudicium, quod resert PET. ELIAS TRAUTMANN in Actis curiosis in Puncto nullitatis Matrimonii Tullii & Tulliae, welches, ob sie gleich 12. Jahr im Ehe-Stand gelebet, dennoch ab defectum liberi consensus pro nullo declarirt worden.
- (b) Non sœvint nostri Patres in liberorum corpora, non vendunt, non exponunt, nec ceteris patriæ potestatis romanæ effectibus liberos diveniant. GVDELINVS jure novissimo lib. 1. cap. 13. pag. 29. SCHVLZIVS in synopsi institutionum lib. 1. tit. 9. lit. b. JO. CAR. NÆVIVS Libro de jure Patrum p. 16. sq.
- (c) Fit etiam hæc emancipatio filiorum separata oeconomia, quamprimum filii capaces fuerint discedere à foco Patris. Universalis hæc est Germania observantia, docentibus STRYKIO in U.M. SCHILTERO in Exerc. ad ff. MEVIO lib. 1. ad jus Lub. tit. 3. n. 25. quibus addendi sunt DN. JO. CAR. NÆVIVS de veteri & nova liberorum emancipatione §. 7. DN. GOTHOF. REINOLD KOESELISIVS diss. juris Germanici de tæcita & furticulare emancipatione jure domestico fundata §. 21.
- (d) De jure romano vide GVNDLINGIVM ad ff. tit. de adoptionibus & emancipat. p. 90. §. 16. NOOTIVM de usufructu l. 1. cap. 8. §. 557. Jus Germanicum explicant III. DN. BERGERVS in oeon. jur. lib. 1. tit. 3. §. 10. nota 3. BOEHMERVS diss. de statu liberorum sui juris factorum per separationem vel nuptias c. 2. §. 9. sq. THOMASIVS in usu præct. I. tit. de patr. potestate & HIER. ANDRÆ discuss. qu. an filia familias è nexu PP. liberetur per nuptias p. 16.
- (e) Lege STRYKIVM eruditæ diss. de juribus singularibus Connubiorum in Germania

quam emancipatis (g) concurrere ad Patris hæreditatem & vel capessere legitimam portionem (h) vel si dos accepta fuerit, dotem conferre (i).

*J. V. Concinit JUS MECKLENBURGICUM speciatim in eundem sensum adversus matrimonia coacta conceptum in Ordinatione judicij ecclesiastici, a Ducibus JO. ALBERTO & ULRICO promulgata Tit. von Ehe-Ge-
lubden ohne Einwilligung der Eltern, §. Dieweil aber.
Quæ de dote diximus ex Germaniæ institutis §. 4. lit. ult.*

*Jus Meck-
lenburg.*

B descri-

*mania p. 20. sq. juncta Ejusdem diff. de dote prom. non præst. §. 21. Illust.
Dn. THOMASIVM de quasi-Emancipatione germanorum.*

(f) *JURE ROMANO & LONGOBARDICO* sui heredes vocantur, qui sunt in patria potestate, in capillis seu casa Patris, in Comis, in sacris paternis. Distincti hi fuerunt ab emancipatis, hoc est à filiis elocatis seu nuptis, quibus dos fuit ipsa hæreditas, & filii vario venditionis ritu nunc veteri, nunc Anastasio, nunc Justiniano, à patria potestate liberatis. BRISSONIVS de formul. libr. 5. T. 375. ROSINVS antiquit. rowan. lib. 9. c. 10. IN GERMANIÆ FORIS omnis generis emancipationem romanorum nullam exserere utilitatem, discat qui rudis & moribus nondum tinctus est ex THOMASIO ad J. tit. 17. lib. I. p. 67. Ejusque diff. de quasi emancipatione germanorum.

(g) *MORIBUS NOSTRIS* emancipata filia, quæ dicuntur existere *sub mitra*, unter die Haube, non secus ac filii per separatam oeconomiam vel nuptias emancipati, in universa Germania eodem jure familiæ gaudent quam sui heredes, seu nondum emancipati. BERLICHIVS Part. 2. concl. II. c. 42. CARPZOV. Conf. 10. def. 2. *ROMANO JURE* emancipati vocantur extranei heredes, qui nequitam habent jura suorum. Dantur præterea *ROMANO JURE* servi heredes, qui necessarii nominati & constituti sunt à Dominis male moratae vitæ. Apud GERMANOS his æque nullus est locus, ideo, quia nostris moribus heres beneficio inventarii instructus & non obligatus est ultra vires hæreditatis, uti Jure romanorum.

(h) Legantur hic MEVIVS ad jns Lub. P. 2. tit. 2. art. 34. num. 6. COTH-
MANNVS Conf. 9. num. 103. vol. 2.

(i) Clare hoc jus commune indicat SPECVLATOR SAXO art. 13. L. I. cuius ceteroquin soepius est, furfurem & farinam, jura domestica & peregrina, nærias, leges, otiosa & pragmatica cogere in unum chaos. Ad unum omnes hic consentiunt interpres Juris Civilis tit. ff. de collatione, qui-
bus

descriptis, hæc speciatim vide in Ordinatione Politica Tit. von Erbschafften, und wie einer vor den andern zum Erbe zu zulassen; in Reversalibus de a. 1621. §. 18. in Ordinatione Dicasterii Provincialis P. II. Tit. 25. additis, qui ex Patriæ moribus & praxi singula confirmant, JURIS MECKLENBURGICI interpretibus (k). POS. III.

bus tamen plures addi poterunt rationes de jure Patris non dotandi filiam moribus Germanorum. Potiores sunt hæc. JURE ROMANO dos & propterea fuit necessaria, quia causa dotis non fuit adfectio conjugalis, sed onus matrimonii, quod frustra ferre noluerat nec potuit Sacer. COSTANVS de spons. matrim. & dote p. 51. PET. BARBOSA de S. M. & dote f. 31. GERMANICO JURE liberi emancipantur matrimonio non solum, sed dotem accipit ipse maritus, cui in ferendis matrimonii oneribus uxores sunt sociæ laborum & adjutrices in culinis, tabernis & negotiationibus. Deinde ROMANO JVRE etiam ex parte uxoris dos fuit favorabilis & necessaria, ne post mortem mariti, cum fuerit exhausta, aut post totuplicia divortia apud romanos solita, viveret in pauperate. Ipsa hæc vera ratio est, quod Jure romano maritus obligatus fuerit ad constituendam uxori donationem propter nuptias in dotis securitatem. JURE GERMANICO vero Conjugia ad extrema vita fata sunt indimissibilia, mortuo vero marito omnis generis vidua, nobilis & plebeja, satis beate vivit, & nunc vel dotalitium vel vidualitium accipit, nunc propter nuptias donationem lucrat, nunc dotem repetit mit einer Verbesserung, cum lucri alicujus accessione, uti in Pomerania & Megapoli, vel quod magis est & commune, prospicitur viduae intuitu illatæ dotis jure prælationis, cui præter actiones de petenda dote, firmisimum ex universali Germaniæ consuetudine accedit præsidium ex Iure retentionis in bonis mariti, donec ipsi satisfactum fuerit. PET. MULLER de bonis constante matrim. quæstis c. 3. 4. Gothofr. Nic. ITTIGIUS de Vidua usque dum ipsi satisfiat ex mariti bonis sustentanda c. 2. Felices & ditescentes dixerim uxores nostræ Germanas, quarum mariti, quamprimum fieri poterit transeunt ad coelites, nam & in eo casu, si dote caruerit uxor, heres est mariti & vario jure successionis ipsi prospicitur ex statutis, lege, partis & moribus. Explicant hæc jura & mores communes Germanorum STRYKIUS de successione ab J. diss. 4. c. 3. GAILIUS Cameræ assessor obs. 20. 25. n. 10. MYNSINGER Resp. 38. num. 34. cent. I. WURM SERUS tit. 47. obs. 3. n. 3. AND. KOHLIUS de Pactis Dotal. & successione conjugum p. 60. qd. SPECULATOR SAXO lib. I. art. 3. MEVIUS ad Jus Lub. pr. n. 48. BRUNNEMANNUS ad L. 28. ff. de solut. matrim. COLERUS l. I. de alimentis cap. 1. de Processu execut. P. I. c. 2. n. 220. & Jo. Carol. NÆVIUS in libro novissimo de jure conjugum.

(k) Vide COTHMANNUM Vol. I. Cons. 50. n. 9. TARNOVII de feudi

POS. III.

De Dissentiente Patre in causa conjugalii præter Rationem.

§. I.

JURE ROMANO in liberorum nuptiis, Patris interdictum, jussus, mandatum, velle & nolle stetit pro ratione, adeo, ut acquiescendum fuerit liberis in non jussu & dissensu Patris, non indicata ipsius causa (1).

Jus Romano
nus.

§. II. Ratio posita non est in præmaturæ ætatis juvenum Romanorum conjugiis, sed filiorum intuitu in æterno Patriæ potestatis apud Romanos jugo (m), quod neutquam excusfit filius maritus ideo, quia ipse cum gente nova & liberis (n) in patria habitatione perststit, omnisque generis onera matrimonii (o) imposuit humeris parentis simul atque avi. Intuitu Filiorum vero Pater animum facile obfirmavit in denegando

Ratio:

B 2

consen-

Meckl. P. 1. S. 2. c. 3. §. 30. 31. 32. 36. 299. AUCTOREM des Projects des Mecklenburgischen Lehn-Rechts, T. XII. art. 17. Ill. Dn. DAV. JONATH. SCHARFFIUM, Itin. Mecklenburgicum, in Consultationibus Juris, Consult. 82. Adde Pomeraniae in hoc argumento Constitutiones von Lehn- und Aussteuer Sachen dea. 1694. Tit. 7. 9. Hinter-Pommerische Lehn-Const. Tit. 17. §. 3. earumque interpretes MEVIIUM P. 2. D. 224. 228. Dn. GERDESIIUM de oneribus feud. §. 15. WINZIGERUM ad Stryockii E. J. F. C. 21. qu. 17. B. LUDOVICI in Concurs-Procesß C. 10. §. 32.

- (1) L. liberorum II. §. ult. ff. de his qui notantur infamia. Prætoris consilium ut remittat Pater de Juris rigore & Ulpiani Philosophia leguntur L. I. §. fin. ff. de L. E.
- (m) PHIL. PASCHASIUSS de viribus patriæ potestatis sol. II. 15. ABRAH. à KERKRAADT diff. de Jure Patrum. I. 31.
- (n) Inde est, quod nepotes fuerint in potestate avi, hujusque, non Patris, requirerint consensum connubiale.
- (o) Ill. Dn. JO. PET. à LUDEWIG diff. Jur. R. & G. de dote & donatione propter nuptias diff. 4.

consensu, quia ille obligatus fuit illico ad dotem (p) & tantam quidem, ut vivere inde posset filia tempore vindictatis.

*Usus practi-
cis in foris
Germaniae
universim.*

Ratio.

§. III. JURE GERMANICO Patris dissensus cum ratione esse debet conjunctus, non sufficit in foris Germaniae perhibuisse, nolo quia nolo (q), sed idoneæ dissensus causæ (r) sunt allegandæ, alias filius cum Patre de Jure dimicare incipit, ut ipsius dissensus vel non attendatur, vel suppleatur per consistorium. (s)

§. IV. Ratio non est, quia sera apud Germanos esse consuevit Venus (t), sed quia filii Neogami à Patria potestate liberati, Patris familiam, Hospitium & convictorum non onerant novella uxore & liberis, quibus ipsi prospiciunt, non socer & avus, cuius propterea nostris moribus nulla est in liberos potestas & autoritas (u). Quod filias attinet, Patri nec grave harum esse poterit connu-

(p) PERIZONIUS ad L. Voconiam diff. II. p. 113. LUDEWIG in diff. J. R. & G. in Scto Vellejano exule diff. 8. 9.

(q) LUTHERUS Tract. von Chō Cæsarien Iust. 1. art. 5. p. 388. T. 5.

(r) Has recensent COTTMANN Resp. I. Vol. I. num. 222. sq. num. 242. sq. CARPZOV. lib. I. J. C. tit. 4.

(s) Præjudicia habentur apud STRYKIJUM ad BRUNNEMANNUM J. E. lib. 2. cap. 16. §. 5. HAHNIUM ad WESENBECHIUM de R. N. num. 4. SAM. FRID. WILLEMBERGIUM diff. de consensu Parentum supplendo per Magistratum in nuptiis liberorum §. 25. sq. cuius Selecta juris matrimonialis hic simul digna sunt elogio.

(t) CLUVERVS lib. I. cap. 20. CÆSAR lib. 6. comment. cap. 27. Facile judicatu est, quid juvenes Germanos moveat, quo minus juvenes romanorum imitentur in contrahendis conjugiis mox pubertate finita. Certe natura hic accusanda non est, crediderim Germanos juvenes de facultatibus propriae veneris idem sperare posse, quod de suis sperant romani. Separata oeconomia & onus alendi contestanti moribus Germanorum, sera plerumque requirunt conjugia.

(u) BROWERUS lib. I. c. 16. n. 18. B. STRYKII diff. de Jure connubiorum in Germania p. 18. sq. Veniam merentur dissentientes Theologi Jurium romanorum ignari apud DEDEKENNUM Tom. 3. L. 3. Sec. 4. n. 42. sq.

connubium, quandoquidem non obligatur ad dotandam omnino filiam, sed filiam jubeat exspectare sortem in bonis accipiendis post ipsius mortem (v).

§. V. JURE MECKLENBURGICO Ordinationis consistorialis clare idem adversus parentes dissentientes præter causam, est constitutum (w), & in eo etiam casu definitum ac confirmatum, si filii absque Patris vel matris consensu (x) sponsalia contraxerint, nec eundem requisiverint ab initio.

*Usus prakticus in foris
Mecklenb. speciatim.*

POS. IV.

De Consensu Dynastarum in Connubii Servorum.

§. I.

JURE ROMANO servi non contraxerunt conjugium *Jus romanae nunt.*
sed consortium contubernale, Domino solo imperante (y), exclusa consponsorum fide & voluntate, sine omni adeo conjugii effectu & jure, ut neque participes extite-

B 3

(v) vid. Pos. 2. lit. g. & i.

(w) Tit. 8. von Ehe Gelübden §. Darumb so soll es ic. BRVNNEMANVS ad l. 2. c. de Nuptiis. COTHMANN Resp. I. n. 227. CARPOVIVS lib. 2. J. C. def. 57.

(x) Tit. eod. §. Und soll nicht genug seyn, daß der Vater oder Mutter sage: Darumb will ich nicht, ex quo loco explicandi sunt COTHMANNVS Vol. 1. Resp. 1. n. 244. MEVIUS ad J. E. Lib. 1. lit. 4. art. 2. n. 7. Impunis tamen hoc casu merito non est liberorum neglectus, id vero non datur parentibus, ut dissensum perficie fundent in consensu ab initio non requisito. Veteri ipso ævo in LL. Germanorum hoc definite est constitutum & propter neglectos Parentes sponsus incidit in multam XX. solidorum, quæ nominata est Anagrip, Angriff. BALUZIUS L. 2. LL. Longob. t. 28.

(y) Magis adhuc est, quod potuerint Dynastæ Romani servos coercere usque ad necem & summam saevitiam, quam detestatur SENECA de Irâ libro 3. cap. 40. lib. de Clementia cap. 18. & abrogatam esse Cæsares voluerunt in statu Monarchico. SPARTIANUS in Hadriano cap. 18.

extiterint alicujus acquisitionis, neque in liberos potestatis, neque rei fuerint criminis alicujus. (z)

Ratio.

§. II. *Ratio* est quia servi Romani capite seu statu destituti, quadrupedibus adnumerati (a) & exclusi sunt ab omni (b) jure hominum civili, tum & conjugali & paterno.

Mores Germaniae communis.

§. III. JURE GERMAN. seu MORIBUS nostris servi seu homines proprii utriusque sexus vera contrahunt matrimonia (c), rumpunt conjugii fidem adulterio & eandem tuerunt communi jure, quæstu & acquisitionibus, (d) hac

- (z) Libera & impunis fuit servis & servabns carnis vaga libido & commixtio instar animantium, quibus annumerabantur, brutorum. Potuit pater filiam, filius matrem imprægnare, & uni tabernæ includere instar Contubernalis, sine ulla nota incestus. Inter conjunctos nulla fides, nulla thori fuit violatio, nulla in ventrem & liberos potestas, nullum denique inter ipsos contubernales stabile consortium, quod rumpere iterum potuit Dynasta, cuius fuerat imperare & pro arbitratu interdicere contubernia PAULUS leg. 14, §. 2. ff. de R. N. L. 23, 24. Cod. ad L. Jul. de Adult. FRANC. BROEUS in perraris expositionibus Institutionum justiniiani ad Pr. J. de servili cognatione.
- (a) Franc. BALDUINUS ad L. Aquiliam. lib. 2. §. 2. CLAUDIO CHIFFELTIUS in commentario ad c. 2. L. Aquilia.
- (b) V. CL. GERH. NOODT in libro singulari ad L. Aquiliam. p. 40. sq. EVERH. OTTO diff. ad L. si servus 27. §. 28. ff. ad L. aquil. LAUR. PIGNORIUS & JUST. FONTANINUS in libris de servis romanorum & Masnadi apud Longobardos.
- (c) Sequntur homines proprii hominum jura communia, & Christianorum habent instituta, non bestiarum conditionem. Nullus igitur est qui neciat, rusticos moechissantes seu adulteros statutas subire poenas; Dominum vero, homicidam esse, si homines proprios interficerit. Adde JACOB. OISELIUM ad CAJI 7. lib. 1. tit. 5. pag. 50. & Leges veterum Germanorum Salicas, Westgothicas, nec non Capitularia, in quibus agitur de coniugii servorum corumque poenis.
- (d) Propria sibi bona querunt, commercium exercent in domesticum commodum, proximis proprio Jure succedunt, contrahunt cum Dominis, & quæ sunt hujus generis alia, de quibus vide MEVIUM ad jus Lub. P. 2. T. 1. U. 2. n. 52. sq. THOMASIUM diff. de Hominibus propriis & liberis Germanorium c. 2. sq. diff. de Usu practico disiunctionis hominum inter liberos & servos c. 1. sq.

hac tamen lege, ut sine Domini, cui parent, consensu, nec sponsalia pangant (e), nec nuptias celebrent, quæ ne- sciente & invito Dynasta instabiles prorsus (f), nullæ & irritæ sunt, ut servi propterea à Domino ipsum consen- sum connubiale laudemiali pretio (g) soleant redime- re & mercari.

§. IV. Ratio

- (e) Præjudicium refert STRYCKIUS in U. M. ad Tit. de spons. §. 14. Idem, quod nulla sint hoc casu sponsalia, muniunt & tuentur MEVIUS Tr. von A. der B. qu. 2. n. 160. HERTIUS de H. P. Sect. 3. §. 14.
- (f) Definiunt hoc Leges WESTGOTHICÆ L. 3. Tit. 2. L. 5. Tit. 3. L. 10. Ca- pitularia AHYTONIS apud LUCAM DACHERIUM, Virram celeberrimum T. 6. Spicil. n. 14. in capitulo 21. p. 697. De consultissimi dissensus causis, quas citant Dynastæ, ne ineant homines connubia, vide literam q. Per se vero, iis cessantibus, confit, quod Germaniaæ Dynastis non æque ac Romanis concessum sit, vinculum connubii iterum dissolvere pro lubitu, si illud contractum semel legitime fuerit suffragio & autoritate Dynasta villaris. CONCILIIUM Cabillonense II. a. 814. Tit. 30. C. ult. causa 29. qu. 2.
- (g) Veteri ævo hoc pretium dicitur vel *Maritagium*, quod facile acceperis pro pensione mariti, vel *Marcheta*, quam dixeris censum nuptialem sponsæ, vel *Foris maritagium*, quod tum solutum est, si servus non cum conserva, sed cum ancilla domini alieni contraxerit. Subit mentem con-jectura, quod marcheta vel maritagium idem sit quam census nuptialis Quadrupedum, hominum brutorum, seu pensio connubialis redimendæ equitii, der Reuter-Schoß. *Mar* apud veteres equum, *cheta* vero pen- sionem denotavit, & agium coincidit cum voce actionis, oblationis, quæ omnia opinabilem ideo reddunt conjecturam, cum explicare videan- tur originem & primos natales hujus canonis, vel in certo genere mo- netarum vel in rebus fungilibus Dynastis exsolvendi in recognitio- nem illæsæ pudicitiæ sponsarum hominum villarium. Testatisimum enim est apud Historicos medii ævi, quod Dynastæ ad satiandam libi- dinem sibi prima nocte usum uxorum hominum proprietorum asserue- rint, earumque virginitatem delibaverint, interfecerint forte & interfe- ðam reliquerint novellis maritis. Venit hic juris & Imperii abusus, cum manifesto obprobrio & injuria conjunctus, sub elogio juris Conna- gii, quod quid suo etymo diffulti & squalido indigit, peculiari o- pella de Jure Connagii exposuit D. KESTNERUS. Sibi ut Coloni igitur prima nocte, prima subsellia apud uxores sarta & tecta haberent, pretio illa redimere ubique privative asserere coepérunt mercede seu pensione.

Vide:

Eorum
Ratio.

§. IV. Ratio hujus domestici juris è loginquo non est petenda. Servitus apud Germanos, quicquid hallucinantur Bartolistæ, (h) non est sublata (i) in Glebæ adscriptis, indole tamen sua & ratione longe diversa est a servitute Romanorum (k). Subsunt homines proprii Imperio

Vide *Glossaria SPELMANNI, FRESNEI, BESOLDI* in voce *Marcheta & Lehns-Dienst*. Invalecente Juris Canonici auctoritate, quod prætensum Sacramentum Conjugii sub crimine Simoniae non venale & mercenarium, sed gratis concedendum esse fancivit, ut & exsplendescente Decori & purioris Christianismi luce, sublata sine dubio est *Connagii vaga licentia*, & *Maritagium*, quod Lytrum hucusque fuerat recognitionis Virginæ, nunc *servitutis & status symbolum* esse coepit. His institutis & moribus vixisse rusticos recentiori ævo & hodieque in plurimis villis suis vivere, testes sunt SCHOTTELLIUS de juribus vet. germ. cap. i. §. 35. & SPECULATOR Saxo lib. 3. art. 73. perhibentes, quod hujus generis conubialis redemptio venerit sub nomine Bauer-Mieth, Mann-Mieth, speciatim in oris Brunsicensium sub nomine Bedemund's Recht. Valde memorabile est, quod veteri etiam ævo ipsi Vasalli & Nobiles a Dominis feudalibus *consensu conubiale & libertatem libandi pudicitiam sponsorum* non gratis acceperint, sed mercede æque redemerint & honorario, uti docent BOETIUS L. 3. H. S. pag. 35. CRAGIUS L. 2. F. A. Diegesi 21. p. 295. sqq.

(h) Vide *Glossatores & obvios ubique Interpretes Institutionum* L. 1. Tit. 13. quos sequitur BODINUS de REP. c. 5. præter rem & rationem.

(i) Solus HERTIUS doctissimo opusculo de HOMINIBUS PROPRIIS ex omnis ævi historia & Legibus, hanc veritatem evicit, hominumque priorum servitutem & indolem tanto rerum apparatu in lucem constituit, ut illos facile in plerisque officiis habueris vilioris conditionis, quam mancipia romanorum. Exhausit idem argumentum DN. à LUDWIG in eruditissima diff. de Colonis adscriptitiis.

(k) Indubitata hæc est assertio in singulis servitutis apud Germanos constituendæ modis, de quibus vide MEVIMUM in Bebenken von Abfölg der Bauern, & HERTIUM de H. P. p. 160 - 69. Ex instituto hoc argumentum elegans tractant Illust. DN. THOMASIUS dissert. de hominibus propriis & liberis Germanorum, & Illust. JUST. HENNING. BÖHMER disp. de jure & statu dominum priorum à servis germanæ non à romani derivando & de usu hujus doctrinae. Adde DATTIUM de pace publica p. 1. cap. 14.

Imperio Dynastarum (l) eorumque Patrimoniali jurisdictioni (m), quæ, perinde ut omnis in Germania Juris-

C dictio-

Latens præ-
cipue in
Ictione pa-
trimoniali.

(l) TACITUS de M. G. c. XI. Omne quod hic dicendum foret ex Germania institutis de statu hominum proprietorum doce exhaustus JOACH. POTGISERUS in L. III. de Conditione & statu servorum apud Germanos tam veteri quam novo. Idem momentum novissime tractavit Consultissimus D. GOEBELIUS in docto de rusticis Germanorum commentario. Olim ZASIUS promiserat ejusdem argumenti de servis germanorum librum, sed non satisfecit promissis, quibus nec stetit GOLDASTUS, qui in Notis ad BURKARDI Casus c. 2. pag. 131. spem alicujus libri fecerat de servitute germanorum antiqua & nova.

(m) Fundo inhæret, & cum eo ad successores, cum universales tum singulares, transitoria & alienabilis est hæc jurisdiction, Romanis ideoque incognita prorsus & inaudita, ut in integro juris romani corpore de ipsa nec quicquam sit commemoratum. Quod idem etiam factum est in argumentis de jure opificario, cambiario, mercatorio, georgico, maritimo, de jure reunienda pertinentias, dominali, fiscalino, forestali, aliisque multis Juris Germanici plane peculiaribus causis, quas ob diversam Reipublicæ indolem Romani cives prorsus ignorarunt, uti copiosius dictum est in diff. de juris R. indole forensi c. 2. p. 132. Complexa speciatim est Patrimonialis in Rusticos Itio Facultatem ordinario jure dijudicandi quasque causas, & animadvertisendi in facinorosos, quod utrumque juri romano propterea non convenit, quia potestas vindicandi crimina ad Imperium pertinet, & ad plurima negotia expedienda opus fuerat speciali Lege, uti in datione Tutorum. L. 6. §. 2. ff. de Tutelis. HERALDUS rer. quot. c. 7. THOMASIUS annot. ad Huberi Præl. in ff. p. 64. ROSENTHALIUS de feud. cap. 6. Concl. 85. n. 10. Origo hujus Jurisdictionis cum dominica potestate in homines proprios coæva est in germania, ut igitur opus non sit cum CONRINGIO Tr. de Judic. Reip. Germ. §. 85. & HERTIO Opusc. T. II. diff. de Consultat. Legibus & Judicis in specialibus rebus publicis §. 22. §. 22. p. 449. ejusdem natales referre ad seculum decimum tertium, uti fuse docent & evincunt THOMASIUS in Addit. ad Huberi Præl. in ff. p. 64. HENR. BODINUS diff. de jure circa violentiam corpori alterius inferend. §. 19. & ex instituto JO. GOTTL. HEINECIIUS dissertatione Juris Germanici, quæ lectu digna est, de Origine & Indole Jurisdictionis Patrimonialis §. 19. Concentum morum HELVETIAE in hoc arguento docet SIMLERUS de rep. Helv. L. II. p. 190. BELGII consentanea instituta refert TEMPELIUS in observ. ad remp. foed. Belg. p. 219. GALLIAE mores pariter harmonicos evolvit HOTTONIUS c. 4. Anzi Trib. p. iii. & de aliis regionibus, quæ originis sunt Germanicæ, speciatim de Anglia, testimonia exhibuerunt HUBERUS in Praelectionibus ad ff. COWELLIUS Instit. Jur. Angl. L. 1. tit. 10. n. 14.

dictionis species, ex propriis suis & domesticis (n) rationibus aestimatur. Verum haec ipsa, quanta etiam sit dominica

(n) Universim hic illos volumus, qui jurisdictionis, quoties de ipsa in foris Germaniae controversia obvenit, insigne argumentum acu tetigisse sat is infeliciter sibi imaginantur, si coniungerint ad Juris romani Titulos de Jurisdictione, & inde quidem, non ex domesticis principiis, rationi Territorium & indoli patriæ Reipublicæ, receptione juris romani *subsidaria* certe necquicquam immutata propriis, disquirendi subsidia petiverint cum KNIPSCHILDIO de Civit. Imp. L. 2. c. 6. GEO. OBRECHTO disp. i. de Jurisd. Tb. 70. JAC. MENOCCHIO, SUTHOLDO, HUNNIO, alisque, qui evulgarunt libellos de Ictione obvios ubique. Vide STRYCKIUM in U. M. L. 2. p. 172. 188. Jo. Car. NÆVII *Jus justitiariorum in den Städten*, Memfern und auf dem Lande pref. ERN. GOECKELII *Tractationem methodicam de Ictione suprema* p. 17. sq. Christ. Leonh. LEUCHTII, V. Cel. Selectos Tractatus Selectorum Autorum de Ictione. Universa J. romani de Ictione doctrina otiosa est in nostris judiciis, quæ infinitis parasangis distant ab indole judiciorum & modo procedendi formulario apud veteres romanos. Omne præsidium & fundamentum doctrinæ J. romani de Ictione positum est in diversissimo *Juris dicendi*, & *judicandi* negotio, in differentia ejus quod sit expressa peculiari Lege, & *Jure Magistratus*, verbo, in *discretissimis apud Romanos Prætorii Magistratus* cum urbani seu honorarii, tum peregrini, & *judicis pedanei* officiis, explanatisime descriptis à PET. FABRO Semestri 1. Commentarii de Magistratibus R. GERH. NOODTIO in Appendix Probab. L. 2. de Ictione: PET. SCRIVERO in Rep. rom. p. 31. HOTTONANNO de Mag. R. eorumque Institutio ne c. 7. LANCELLOTTO & JO. FERGIO in libris de prætorio præfecto ejusque officiis. D. KNORRIO de Usu pratico juris Romani de Præt. & jud. Ped. cap. i. Haec officia, haec jurium romanorum momenta, qui esse arioletur instar regularum & principiorum, quæ ad exempla & conclusiones, obtinenti casu, possint accommodari, & actione dirimi & disputari in Germania, ubi *Magistratus* est simul *judex*, ubi *Prætor* tantisper saltim tribunali non præst, dum litis facta sit *contestatio*, sed ubi cognoscit simul atque *judicat*, ubi *magistratus* est penes *Collegia*, non penes unum, in Germania repeto, ubi *Fori* & *magistratus* indoles, propriis inititur suis principijs; is ablegandus est ad Illust. KNICHENII dedicationem *Tractatus de jure territoriali*, ubi ita statuenter stolidum perinde quam illum lepidi vocat, qui lanam ab asno petendam esse existimaret, vel qui in explicandis Germaniae Consistoriorum opificum & sacrorum institutis, decidendi rationes à Mufti Turcarum repeteret. KNICHENIO accedunt SCHILTERUS in Exerc. ad ff. Ex. 6. TITIVS in jure privato R. G. L. 8. c. 10. §. 14. ANT. WILH. ERTELIIUS in *Praxi aurea de Ictione inferiori*, GEO. ENGELBRECHT *diff. de Jurisd. alta & bassa civili & bassa qu. 1. sq.* his vero instar

Tutel

dominica potestas, tanta tamen non est, ut servos
C 2 exuat

Tutelarium jungenda sunt tria jurisprudentiae forensis Oracula, primum superioris, secundum inferioris, tertium utriusque Saxoniae, CARPZOVIVS in praestantissimo operum Ipsius Volumine Praxeos Criminalis qu. CIX. n. 6. MEVIVS P. 4. Dec. ccxc. SAM. STRYCKIVS in U. M. ad Tit. de Ictione §. 1. sqq. & Tit. de prefact. Præt. unanimi doctrina monentes, summo-pere fugiendos & perniciosos illos esse interpres & Ictos, qui judicandi rationes in Ictionis materia in Legibus romanorum visibili fint invenisse. Ex instituto dignissimi sunt elogio & palma, curatissimi in hoc argumento reipublicæ germanicae Interpretæ D. Frid. Gregorius LAV-TENSACK in Specimine jurisprudentiae otiosæ in capitibus de jurisdictione & Pactis Sec. I. c. 1. Gvili. Tob. STEMPEZIVS in diss. habita sub præsidio THOMASII de Ictionis & Magistratum differentia secundum mores germanorum: Henricus HILDEBRANDVS, Ictus Altiorinus, in libro de Ictione universa secundum mores hodiernos considerata. Praestant laudati Trium-viri centum ULPIANIS, BARTOLIS, BALDIS ET ACCURSIIS, quorum formulæ de Notione, Ictione, mero mixtoque imperio, de conentiosa Ictione & voluntaria, mandata, propria, prorogata, alta seu criminali, bassa seu civili, ad instituta reipublicæ Patriæ & statum Germanorum eorumque Magistratus & Jurisdictionis naturam, constitutionem & variis alias divisiones in militarem, forentalem, ecclesiasticam, secularem superiorem & inferiorem, togatam seu allodialem, urbicam & academicam, personalem, & patrimonialem seu realem, universalem & circumseptam, non magis faciunt quam cæpe ad alium, quam pisces ad aviarium, ut quisque facile fatebitur & idoneas subducet rationes, qui non penitus occæcatus est glossis vel totus immersus est improbo labore, nunquam profuturo in republica Germanorum simulac vitam pragmaticam fuerit ingressus. SCHILTE-RVS Ex. ad ff. 6. Th. 7. - 15. STRYCKIVS de Ictione circumsepta §. 7. D. LAVTENSACK spec. c. Sec. 2. c. 1. §. 17. Opus eo magis est hac cau-tione & doctrina, cum non defint, qui insignes errores ampli & cetero-quin insignis juris romani de Ictione argumenti, pertrahant in Juris-prudentiam Publicam, iisque stupenda heresi & insigni Juris publici detimento Principum clausas & regalia vident, polluant & sequestrent. THOMASIVS diss. de differentia Ictionis & Magistr. secundum M. G. §. 18. 20. Illustr. Dn. Zudolphus HVGO de statu regionum Germ. c. 6. Lege NIC. MYLERVM ab EHRENBACH in Hyparchologia & Archologia seu libris de Magistribus. Expende philosophiam romanizantem STAMMII de Servit. persón. lib. 3. c. 10. n. 19. WESENBECHI Consil. 46. n. 2. Herm. GOEDENII consil. 39. n. 6. 9. MEYERI in collegio Argentorat. T. de Jurisd. n. 23. REINKINGII de R. S. & E. lib. 3. cl. 2. cap. 17. n. 43. LYMNÆI I. P. T. I. lib. 3. c. 2. n. 69. VULTEJI de Judiciis lib. 1. c. 4. n. 27. s. alio-

rum.

exuat humanitate , omniq[ue] Jure destituat commun[i],
illo

rumque, qui nominati sunt in diff. de Prænotionibus circa Originem Potentatus Principum J. G. p. 51. & diff. de J. romavi indole & obligandi diversa ratione apud rom. & Germanos p. 108. Volve præcipue THOMÆ MICHAELIS, MATTH. STEPHANI, LAMPADII, BESSOLDI & PAURMEISTERI peculiares libros de Ictione, hosque legens siste lectionē, quoties vel jura majestatica Statuum Imperii hauriunt ex BULENGERI *Opere de Imperatore & Imp. R.* quoties illa vel ad ultimos Libros Codicis, Jura Publica romana complectentes, attemperant; Obstupesce, quoties nunc Principum *sancções cum Edictis Prætorum, quorum Officia & honoraria erant & mere personalia; Superioritatem cum Ictione Magistratum & officialium romanorum, Comitia cum populo romano, formam Imperii cum Monarchia*, cuius continuationem fingunt, Romana, & ipsos Principes & Electores cum Consulibus, cum Vicariis Illyrici & Præfectis Provinciarum, tanquam privatis administris, perperam comparare audent, & multo minus veriti non sunt, Cæsarem vocare orbis Dominum & fontem *Jurisdictionis*. Non aliter ac si non proprio jure, originario & hereditario, sed administratorio, personali & ministeriali, quasi ex beneficio & singulari indultu, Coimperantes Imperii, Principes puto, majestate sua & superioritate fruerentur in suis Territorii. Pungunt hujus generis Bartolistas eorumque febriculosas assertiones contundunt merito cum plausu juris publici peritorum IPSI PRINCIPES apud HIPPO-LITUM à LAPIDE de Rat. Status P. 1. c. 10. p. 160. & privati Doctores CON-RINGIUS diff. de Ducibus & Comit. German. §. 22. ANDLERUS in *Jurisprud. priv. & publ.* L. 2. Tit. 3. n. 31. SUTHOLDUS Exerc. de jurisd. n. 405. III. Dn. LUDEWIGIUS ad AB. T. I. p. 659. præcipue vero & ex instituto Illust. Dn. GRIBNERUS diff. de præjudiciis Principum & abuso Juris justiniani c. 1. 2. III. Dn. BOEHMERUS diff. *Juris R. & G. de Majeestate Imperii Magistratum Majorum* c. 2. de majeestate magistratum per germanian p. 29 - 107. D. LAUTENSACK de inepta ratione decidendi *Jura Publica ex LL. Rom. c. 2. & HENR. ERN. KESTNERUS Problem. V. de Controversis Principum non ex J. R. sed ex Legibus & observantia Imperii decidendis* p. 76. Unum addidit momentum, ligillatim de Ictione voluntaria, Excell. Dn. Confiliarius AD. FR. GLAFEY diff. de Ictione voluntaria extra territorium non exercenda §. 15 curate docens, quam inepte agant, qui in alienis Territorii voluntariae Ictionis actuum exercitia propugnare audent in Germania, qua clausa sua habet territoria, qua patrimoniali seu hereditaria Ictione est instructa, qua unius Imperio non subest, uti Latium apud romanos. Diversos Patria colit Principes, qui Imperatores in suis singulatim sunt territoriis & circulos domesticos turbari non patiuntur ab exteris officialibus, quos extra suas ditiones dixeris privatos. Refert in momento hoc negotio cum intuitu Principum, tum intuitu Infeudatorum Nobilium legisse GAILIUM de P. c. 16. n. 17. MEVIUM p. 4. Decis. 125. & qui ex usu & præjudiciis rem definitur, Exc. Dn. N. A.

illo præcipue, quo privati uti solent erga conjuges & liberos (o).

§. V. Si hæc ita sint, nec quicquam est, quod miseris CONSENSUM JURIS MEGAPOLITANI, cuius tenor in legibus agrariis (p) perspicuus hic est: ut ineat homines proprii conjugia, sed non nisi adprobata (q)

*Consensu
Morum
Provincia-
lium Mega-
polos.*

C 3

Consensu

NÆVIUM vom Vater Recht c. 7. §. 67. Illust. Dn. BERGERUM in Oecon. Juris ad usum hodiernum accommodati p. 918. In Supplm. ad Electa Disceptat. Furensim Part. 2 p. 28.

(o) Acquirunt igitur ex suis operis, vendunt, mercantur, contrahunt extra prædiū & liberis prospiciunt, sed omnia hæc tanti non sunt, ut illos eximant à censu hominū Propriorum, qui veteri ævo mancipia dicuntur & homines Juris Smurdorum, hoc est, Slavorum. GAILIUS de Piguorat. Tb. 8. MEVIUS Tr. von A. der B. qu. 1. n. 35. ad J.L. Tit. 3. n. 40. Quisque facile intelliget, laudata negotia nil quicquam facere ad statum libertatis, servitute enim salva adesse possunt, uti fuse edisserit THOMASIUS ad J. libro 1. tit. 3. pag. 16. De servitiis & vinculis hominum propiorum, qui olim, sed non cum impetu romano, occisi sunt, hodieque cum & sine fundo venduntur, donantur, & uti res commercio subjectæ oppignorantur, vindicantur, dimittuntur, permutantur atque ejiciuntur ex fundo, ex fuga retrahuntur & ob crimina castigantur, per contractū distrahuntur nec non ad exactiones & operas plerunque indeterminatas obligantur, legi omnino merentur HEINECCIUS diff. de Jurisd. Patr. §. 13. 14. MEVIUS P. 2. Dec. 234. D. 24. 25. Tr. de statu Rustic. qu. 1. n. 37. qu. 7. n. 79. BRUNNEMANNUS Ex. ad J. I. ad Tit. 3. §. 2. LEGES Wifig. L. 2. T. 5. §. 62. Riptuar. Tit. 23. Capit. Caroli M. L. V. 303. Quid de Germanorum servis famulis & captivis, qui non indigent germaniæ moribus postliminii jure & fictione Legis Corneliae, dicendum foret, explanatissime docuit JO. PET. à LUDEWIG in diff. J. R. & G. in re militari præsentim Capitorum. Adde RECESSUM IMPERII de an. 1542. §. und wievol & PHILIPPI in Usu pract. J. Lib. 3. Ecl. 32.

(p) Serenissimi Ducis GVSTAVI ADOLPHI renovirte Güstrowsche Mecklenburgische Gesinde, Taglöhner, Bauren und Schäfer Ordnung de an. 1646. & 1654. Tit. 2. §. 1 2. 3. Explicat locum Petrus TARNOVIVS Parte Posteriori de Feud. Mecklenb. p. 178. sq.

(q) Obest huic Constitutioni Pontifex in Capitulo 1. dignum est X. de conjugio Servorum, quorum connubia plena, neglecto licet Dynastiarum consensu consummata, non esse jubet nulla & irrita. STRYCKIUS ad Br. J. E. lib. 2. c. 16. §. 18. Indubie movit Pontificem ad ita sentiendum indoles sacrae menti, quod singunt Catholicæ in contractu connubiali, sed satis inconcinne. Ipsos enim Cleros à matrimonio excludunt, eosque parti-

Consensu Dynastæ sive Magistratus, cuius omnino interest, ne matrimonium hominis proprii utriusque sexus cum

ipius

participes esse nolunt hujus sacramentu. Pontificis tamen consensu & beneficio illis aliquando conjugia impetriri posse statuant, & dum ita docent, male insultant consensu & beneficio Dynastarum in nuptiis, hominibus propriis indulgendi. *Jure Mecklenburgico res non solum est definita, sed jure Evangelico Protestantum universim etiam propterea, quia nesciunt Protestantes in symbolis suis Sacramentum Conjugale.* Mirari subit, *TARNOVUM c. l. pag. 180. sq. ex Responso Lynckeriano in simpulo movisse fluctus, & sponsalia quidem hoc casu nulla pronuntiasse, secus vero conjugia, inita quidem insciis vel invitis Dominis.* Utroque casu negotium nullum esse expresse sanxit *Constitutio Mecklenburgica agraria a. 1654 his verbis.* Und soll dem nach solches angemaßtes heimliches Verloben und Freyen der Bauerleute hiemit gänzlich verboten und abgeschaffet seyn, immassen wir auch alle sothane Versprechangen so von dato unser vorigen an 1646 publicirten Constitution ohne der Herren Vorwissen und Belieben geschehen und fürgenommen, hiemit und Krafft dieses nochmahlen cassiren und für unkrafftig, null und nichtig declariren, also, daß solche für nicht gescheben geachtet werden sollen. Ratio præmissa est & ita exprimitur: Nachdem die Erfolgung bezengt, daß die Bauerleute, Manns- und Weibs-Personen sich vielfältig untersangen, sich ohne ihrer Herren Bewilligung zusammen zu gesellen, zu verloben und zu befreyen, solches aber keinermassen befugt sind, weil sie ihrer Herrschaft dieser unser Lande und Fürstenthümer kundbaren Brauch nach mit Knecht- und Leibeigen-schaft, samt Weib und Kindern verwandt, und dahero ihrer Person selbst nicht mächtig sind. *Harmonia aliarum Legum Provincialium accedit litera (t), ut igitur opus non sit, aliam cum MEVIO P. 5. Dec. 150. u. 3. & Conf. von A. der B. membr. z. n. 163. singere distinctionem, usu neutiquam approbatam, & hoc redeuntem, quod subsistat sponsalia servorum rusticorum sine consensu Domini inita, si res non amplius exstiterit integra.* Neutro casu, quod actum est, validum dici potest. Indiget homo proprius ubique absolute calculo scientis & suffragantis Domini, cuius est, ut subsistat connubium, impetrare consensum, vel, ne fiat, denegare pro arbitratu, idque non sine ratione cum ob proprietatem personæ, tum ne id in servi vel ipsius præcipue vergat præjudicium & danum, de quo mox. Fallit ceterum STRYCKIUS in U. M. ff. Tit. de Statu Hom. §. 6. tradens, quod tum demum inscio & invito Domino Sponsalia & connubia servis non liceat inire, si ipso conjugio se liberare velint à nexu prædii. Indistincte adscriptitii, impediente & invito Domino, validi nil quicquam in venere connubiali peragunt. Ipsis rusticis etiam, in Megalopoli certe, non esse licet adeo felicibus, ut arte vel facto lubentes solvere queant nexus adscriptitium, Dynastis debitum usque ad aram, certe ad nutriri usque Domini villaris. *Vide sq. lit. s.*

ipsius detimento (r) sit conjunctum. Additur in iisdem Legibus, (s) quod sacerdos munere suo destituendus sit, si be-

(r) Interest Domini, ne homines Casati jungantur hominibus rerum rusticarum incuriis & imperitis, vel prædiis inhiantibus, die Hufen-Schlüter fnd. Interest Dynastæ, ne impedimenta sentiat & incommoda prædiorum, indeque dependentium servitorum, deinde ne rustici adscriptitii uxorio onere egestatem sibi concilient, ne ipsi, qui ex Domini beneficio vivunt, consortio conjugali atque impensas Dynastarum, quorum è re est, ne servi proprietatis quasque nunc conservas, nunc liberas, nunc alienigenas seu peregrinas uxores ducant. Rei hujus historiam, rationes & multiplices effectus recensent POTGIESERUS L.2. de S. G. c. 1. LEHMANNUS Chron. Spir. L.2. c.20. Veteri ævo flagellationes & suppliciorum genera statuta sunt in servos & servas, quibus allubuerat cum liberis & ingenuis inire vitam socialem. Singularia exempla congeserunt VADIANUS de Conjugio servorum apud GOLDASTUM T. 3. Script. Allem. p. 75. LUDEWIGIUS Reliquiarum manuscr. T. 4. L.5. num. 17. HERTIUS T. 2. pag. 169. & POTGIESERUS L. 2. cap. 1. §. 4. 13. quod vel hoc casu olim partus, vel ventrem, vel parentem fortis deterioris secutus sit, vel moribus maxime consuetis inter dominos diversos agendum fuerit communis dividundi judicio ob liberos hominum diverse proprietatis & potestatis dominice. Confer NOVELLAS 161. 162. & MARCULFI formulas apud BIGNONIUM & BALUZIUM T. 2. L. L. Germ. pag. 938 sqq. Nostro ævo an Dominus ancillæ obligetur ad manumittendum, ut servo cohabitetur, vel an gratis ferre teneatur, ut pleno utero ideoque ad agendum minus idonea ancilla uxor, quicquid est officii, peragat in prædio domestico, idquidem disputant JO. PETR. de LUDEWIG Tr. de Colonis adscriptitiis & SCRIPTORES supra laudati. MECKLENBURGICO Jure vi Constitutionis agrariae §. 4. obveniente hoc casu uxoris Domino solvitur pretium dimissionis, partus in matrimonio insciis Dominis contrato natus, sequitur cum matre Patrem, ex tumultuário congressu vero editus, ventris Dominum sequitur, nisi subsequatur matrimonium. Addatur MEVIUS P. 2. D. 231, n. 2. D. 232. & in Tr. qu. 2. n. 167.

(s) Titulo 249 §. 2. De nexu rustico adscriptitio in MEGAPOLI, ejusque vinculo per literas obnoxiationis Ergeb-Brief, & dissolutione per literas dimissionis durch Erlaß-Briefe legendi sunt MEINDERS de Manumiss. & Redemtionibus Hominum propr. diff. 2. PHILIPPI in Uso Pract. J. Ecl. 35. EYBENIUS ad J. diff. 2. O. 12. MEVIUS P. 2. Dec. 234. in Tr. qu. 3. num. 37. LEISERUS Jure Georg. L. 2. cap. 7. Nequeunt huic dimissioni & voluntati Dynastarum proprii homines ullam opponere præscriptionem vi REVERSALIUM Provincialium MEGAPOLITANORUM de an. 1621. §. 21. Sed quid si ipsi adscriptitii homines servitiis Domini renuntiare, & fun-

dum

si benedixerit agricolis non antea requisito & inspecto codicillo connubiali, à Dynasta subscribendo. Conci-
nunt

dum restituere, alium colonum surrogare, vel à nexu prædicti se liberare
velint arte, marte civili, vel naturali seu conjugio? Necquicquam in Me-
gapoli procedit hæc renunciatio nolente Domino, cui glebae adscripti ru-
stici non ratione prædii solum, sed & ratione personæ sunt devincti, vel uti
effert constitutio, sie sind ihrer Person selbst nicht mächtig. Meckleub. Bauern-
Ordnung d. T. 2 §. I. MEVIUS d. Tr. qu. 3. n. 53. 57. 134. De vindicatione
ad glebam, dem Besitzungs-Recht, seu revocatione rusticorum propriorum,
qui vel Theologi, vel Ministri Curiæ facti sunt, vel fuga saltim humeros
oneribus subtraxerunt, late egit DATTIUS de P. P. L. I. c. 14. n. 119. &
BAYERUS in Spec. Jur. Germ. p. 102. quibus in Megapoli concinit Transfatio
hæreditaria de a. 1584 art. 110. Es soll und will der Raht der Stadt Rostock
die Bauern welche aus Fürstlichen Aemtern, und aus der Mecklenburgif. Land-
sassen-Gütern in Rostock entlauffen, durch die Stadt-Diener sowol den Fürstl.
Amt-Leuten als denen von der Ritterschafft innerhalb des Schlag-Baums über-
antworten lassen. Explicat hanc Transactionem MEVIUS P. 2. D. 49. ¶
Jure Lubecensi illustrat L. I. ad J. L. Tit. 3. art. 3. n. 30. Inde est, quod ru-
sticus ad Collegia & Jus Civitatis non admittatur, nisi constiterit de facta
ipsius redemtione, vel ipse exhibuerit literas manumissionis. Vide die
Bürger-Sprach art. 13. 14. Jus Lubecense L. I. Tit. 3. a. 3. ibique MEVIVM
n. 7. 30. 35. ¶ P. 1. D. 90. n. 12. P. 2. D. 101. LEHMANNUM C.S. L. 4.
c. 22. STAMMIUM de S. P. L. 3. c. 20. n. 3. KNIPSCHILD de Jure Civ.
Imper. L. 2. c. 8. n. 150. Concordant cum his omnibus REVERSALES de
an. 1621. art. 44. Mecklenburgif. Pol. und Land-Ordnung de an. 1572. Tit. von
Dienst-Bothen in f. Procedendi in his casibus modum explicant die Meck-
lenburgif. B. O. an. 1654. Tit. 2. §. 7. MEVIUS P. I. Dec. 179. P. 3. D. 9.
P. 4. D. 23. in Tr. qu. 4. De exactionibus den Frohn-Diensten, operis de-
terminatis & indeterminatis, gemessenen und ungemessenen Zwang-Diensten,
de annuis pensionibus, ex moribus Megapoleos egit HUSANUS Cancella-
rius Mecklenburgicus Tr. de Hominibus propriis c. 2. Decantata est pen-
sumose gallina, quam recte accipiunt plures cum PRUCKMANNO Vol. 2.
Conf. 2. KLOCKIO T. 2. Conf. 7. BRUNNEMANNO Cent. 3. Dec. XXIV.
pro signo servitutis & jurisdictionis, sed nescio, an ingeniosa sit eorundem
divinatio, quod Gallinæ propterea altitudinem Ictionis denotent, quia qui-
escere sueverunt in locis altis, editioribus & sumo expositis. Mirari subit,
cur nobiles non potius vultures & aquilas hac ratione exegerint in signuna
altæ Jurisdictionis. Dicis, aquilæ raræ aves sunt in nostris ditionibus, sed
repono, quod vel tamē columbis Nobiles abundant, quas potuissent majori
jure exigere in symbolum meri imperii. Genuinam igitur antiquissimi
hujus meristrationem TACITUS de M. G. c. XI. plane refert, commemo-
ratus.

nunt leges Provinciales aliarum Regionum (t), illarum præ-D cipue

rans, Dynastas servis varias injunxit pentiones, inter quas in primis relatæ fuerint infumata gallinae. Dicta est hæc præstatio Gallinagium, Gallinum, Census gallinæ, quam vocant das Leib-Huhn, das Fastnachts-Huhn, das Rauch-Huhn, quamvis hodie viva præstetur. Vide HERTIUM de paroemis juris germanici Par. X. DUFRENIUM in gloss. p. 575. STAMMIUM L. 3. de Hom. propriis c. 22. p. 3. & DOCUMENTA MECKLENBURGICA exhibita in specimen Docum. in editorum Mecklenburgensium, huc respicientia, quod pullus signum fuerit servilis conditionis & dominicæ jurisdictionis, adeo ut veteri ævo gallina pro homine proprio fuerit accepta in proverbio Germanorum: Kein Huhn fleucht über die Mauren. Facit & hoc specialis constitutio Patria, ne liceat hominibus propriis in Megapoli cum conservis, vel ipsis civibus in re georgica, in agris & pecude causam communem facere, præscripta in sanctione Politica Megapol. de an. 1572. Tit. von Gewerb und Handthierung der Bauren mit den Bürgern in Städten p. 60. Denique quoad jura successoria fisci Dynastarum in bonis servorum hæredem parentium, tum & quoad jus caduci & optionis seu jura accipiendi induviæ, exuvias vel curmodicum, mortuarium, hoc est certum Præcipuum vel Electum ex bonis defunctorum hominum ipso hærede quidem non parentium, evolvendi sunt SCRIPTORES de jure Fisci & BESOLDUS Thes. pract. voce Erblöse Güter LEHMANN C. 5 L. 2. c. 2. MEVIUS ad J. E. L. 1. T. 3. art. 2. n. 31. MAGER de Advoc. emata c. 6. n. 75. HERTIUS de H. P. T. II. Opusc. p. 172. DN. HARPRECHTIUS diss. de Mortuario vom Haub-Fall, vom Gewand-Fall ex instituto. Adde, qui jura hæc eorumque indolem ex diplomatis Cæsareis describunt, LUNIGIUM V. Cl. in Germania sacra diplom. P. III. p. 12. BRÜSCHIUM de Monast. Germ. p. 314. Herm. Adolphum MEINDERSIUM diss. 2. de Jurisdictioni Colonaria & prædaria von Bauren-Swang p. 123. In eo fallit Illust. MEINDERS, quod bona Optionis seu Curmedica à Chur electione & Nicht locatione putaverit derivanda esse. Dicuntur enim in Vetustis tabulis Curmodica & Od indicat bonum vel possessionem, uti liquet ex vocibus feod, bono stipendiario, allod, bono avito. Nihil aliud igitur est Curmodicum, quam portio hæreditaria optioni Dynastæ relata. Illud addendum est ex moribus Megapolitanis & Pomeranicis, quod testamenti factio denegata sit hominibus propriis. LAUTERBACH in Collegff. Tit. qui Test. fac. possunt §. 25. Valide alibi testantur de bonis aliunde acquisitis & ad prædia concessa non spectantibus, salvo mortuario. MEVIUS von A. der B. q. 1. n. 35. A jure testimonii vero ubique in testamentis hominum liberorum excluduntur per RECESSUM IMPERII de an. 1512. Tit. von Notarien. Ad extremum accedit, quod in Ducatu Megapolitano, æque ac in Marchia jus expellendi proprios homines ex fundo, quod vocant die Abäussierung, Dynastis competat absolute. HERTIUS de H. P. d. I. §. 8. MEVIUS ad J. L. L. 1. T. 3. a. 3. n. 36. Consil. 66. n. 40. Vestigia hujus juris in Superiori germania habentur in bonis, quæ vocantur Schlingshauer-Güter, de quibus ex instituto egit LUDEWIGIUS in Tr. de Jure

cipue, ubi in omni servitute (u) degunt homines glebae adscriptitii (w). Plura superfunt argumenta JURIS MECK-

Jure Clientelari. Id inde facile conficitur, quam frustra agant, qui hominibus propriis dominium utile vindicare cupiunt, quasi non precario jure, quasi pleno jure & sibi, non Dominis possiderent. ZIEGLERUS diff. IO. Th. 10. §. 34. Sebaſt. FRANCK in Chron. Imper. f. 241. LEYSE-RUS & FELTMANNUS in *Jure georgico* five Tr. de pradiis. Adde AH. FRITSCHIUM de *Jure Universitatis Agrorum von Fluhr-Recht* & Jo. Otton. TABOREM *Comment. de jure Colonario Vol. I. Oper. 7.*

(t) De *Hassia* testatur Jo. Wilh. WALDSCHMIDT eleg. disp. de *Hominibus propriis Hassiacis*. De *Bavaria* differunt ex *Legibus Boicis* Tit. 4. art. 6. & P. 3. der *Erfährlung* der Lands-Freyheit art. 10. Casp. SCHMIDIUS & Sebaſt. KHRAISSERUS in *Commentariis Juris Boici*. *Ad Saxoniam* facit BERGERUS *Oecon. Jur.* L. 2. P. 2. §. 8. & *Ordinatio Polit. de a.* 1660. T. 23. *Pomeraniae* mores exhibet simulac rationibus instruit STRYCKIUS Vol. 3. disp. 21. c. 5. Th. 15. MEVIUS P. 3. Dec. 129. in *Tr. von A. der B.* qu. 2. n. 160. sq. BOHEMIÆ consensum docuit à WEINGARTEN im Auszug der *Böhmis. Rechte* Lit. 2. n. 22. Principatus *Moersani* testimonium tulit FELTMANNUS de *Jure in re c.* 6. n. 16. Addenda his sunt *Leges Ravensburgenses* von Eigenbehörigen c. 4. §. 3. *Leges Lusatiae* in *Ordinatione subditorum* art. L sq. earumque Interpretes LUDEWIGIUS in *differentiis juris feud. communis & Lusatiae* p. 25. sq. SCHACHERUS diff. de *Hominibus glebae adscriptis superioris Lusatiae*. *Leges & mores Westphaliae* evolvunt STEINMEIERUS diff. de *Jure proprietatis* p. 25. sq. doctissimus MEINDERS in *Tr. Hist. Polit. de Origine, Progressu & moderno statu Nobilitatis & servitutis in Westphalia*. *Marchiae* instituta expendit SCHEPLITIUS P. 4. ad *Conf. Brand.* T. 7. 10. De *Wetteravia & Algovia* testatur HERTIUS *Paroem. Jur. Germanici* L. 4. Par. 12. p. 608. De *Palatinatu & Rhenanis regionibus* *Ordinatio provincialis Elect. Palat.* T. 8. f. 52. OTTO von der Leibegen-schafft P. 2. in *not.* p. 31. RHETIUS *Jure Publ.* L. 2. T. 3. diff. de *statu Germaniae circa subditos* cap. 5. & alii testes sunt, qui descripserunt *Jus Wild-fangiatus*.

(u) Obtinet hæc *Juri* conditio in regionibus & terris, quas Slavi tenuerunt, utpote in *Pomerania*, *Megapoli*, *Bohemia*, *Silezia*, *Moravia*, *Bohemia*, *Marchia*, *Brandenburgica*, *Lusatia*, & *Westphalia*. Videantur HERTIUS de *H. P. S. 2.* §. 2. THOMASIUS diff. de diff. inter L. & S. §. 58. STRUVIUS Ex. 30. §. 75. ubi speciatim agit de *jure manumissionis* vñ *Lath. Recht* ex codicillis Magdeburgicis. Adde & confer que de servitute moderna Poloniae, cum servitute regionum Slavorum Borealium plane consonante, *commentarii* instar scripserunt CONNOR in *Beschreib. des Königr. Pohlen* P. 2. Ep. 5. p. 600. & HAUTEVILLE *Relation. Hist. de la Pologne* c. 7.

(w) Consentient nobiscum in singulis doctrinis de servitutibus Hominum propriorum laudati supra & morum periti Interpretes, & præter hos COCCEJUS *jurisprud. publ. cap. 9.* §. 4. Illuſtr. Dn. Jo. à KLEIN Vol. diff. diff. 25. de *Inobedientia impuni c. 3.* §. 13. p. 1338. Dn. BOEHMERUS ad ff. de *Statu hominum & in Jure Eccles. Prot.* T. de *servis Ord. OBSERVA-*

MECKLENBURGICI MORUMQUE GERMANIAE
UNIVERSM à JURE ROMANO in Praxi fori dissonan-
tia vel cum ipso convenientia, & plures inde restant colla-
tiones pragmaticæ Doctrinarum Juris GERMANICI

D 2

COMMU-

SERVATOR Halensis T. 4. Obs. II. §. 28. sq. AH. FRITSCH de Jure &
Statu pagorum c. 6. CASP. ZIEGLERUS diss. à Bayero collectis diss. 10. de
prædiis Ceniticiis ruralibus §. 20. sq. p. 401. GEO. BAYERUS in Delin. ff.
T. de Statu H. p. 55. in Delin. Juris Germanici L. 1. c. XXII. TITIUS ad
Lauterb. Obs. 24. Obs. 970. p. 647. SCHILTERUS diss. de Jure peregrino-
rum : DAN. HEIDERUS Deducit. Lind. f. 836. KNICHENIUS de Vesit.
Paet. 2. cap. 3. n. 8. ERTELius Praxi aurea c. 21. Obs. 4. HARPRECH-
TIUS de Jure Mortuarii cap. 3. §. 18. BECHMANN de Jure Operarum:
STRYCKIUS in U. M. Tit. de Operis Libertorum & in Caueulis Contract. S. 1.
c. 2. §. 27. c. 3. §. 6. Tr. de J. A. F. S. 2. membr. 2. §. 30. GAILIUS libr. 2.
obs. 62. obs. 8. n. 3. de pignorationibus : ZASIUS Resp. sing. lib. 1. c. 3. MYN-
SINGER Cent. 1. tb. 8. n. 13. P. 2. cap. 51. 52. Dissentient vero, qui Legi-
bus romanis fibi imponi passi sunt, HAHNIUS. ad Wesenb. lib. 40. T. I.
n. 1. SCHWENDRERUS ad EKHOLTUM pag. 19. ERHARDUS de
Operis rusticorum concl. 30. pag. 249. BONACOSSA de servis & hom. pro-
priis : STAMMIUS de serv. pers. L. 3. cap. 17. BALTHASAR de Operibus
subditorum : HUSANUS de Hom. propriis c. 2. n. 37. OLDENDORP cl.
3. & 9. DONELLUS lib. 2. comment. Jur. cap. 9. in f. TREUTLERUS
disp. 1. §. 4. LAUTERBACHIUS, SCHULTZIUS ad ff. & f. Jo. Ern.
von der Linde diss. de vindicatione hominum proprietum : GVDELINVS
de jure noviss. libr. 1. cap. 5. BRVNNEMANVS, SICHARDVS ad C.
tit. de operis libertorum : & plures, quos citat Illust. Dn. BOEHMERVS
dotissima diss. de Jure & statu Hominum propri. Sect. 2. & 3. Multiplici
confusione vitiant & detorquent dissentientes argumenta servitutis Ger-
manicæ, asserunt nunc sublatam esse servitutem, & servos Germanicæ
esse Liberos, nunc illos à servis & libertis romanorum deducunt non
aliter, acsi ante & post receptionem J. romani apud Germanos nulla servi-
tus fuisset pecularis & domesticae indolis. GERHARD. de diffic. Jurispr.
Germ. §. 2. Jo. Jac. RANISCH de inconvenienti juris Germanici ex Jure
civilii romano interpretatione §. 5. Perorat hanc causam MEVIVS von Ab-
forderung der B. qu. I. n. 2. his verbis: Gleichwie der mehrre Theil derer so
den Titul der Rechte Gelehrten sich annassen, von der Unart ist, daß wenn sie von
den Rechts Gewohnheiten in Teutschland urtheilen sollen, auf das Römische
Recht allein sehn; so geschiehet dasselbe auch in dieser Materie von Bauers-
Leuten, denen viele alles was man in J. romano von den Agricolis liestet, appli-
ciren, da sie doch auf die Weise diejenigen, so an sich ganz unterschiedener Con-
dition gewesen, mit den teutschen Bauers-Leuten confundiren, und ihre Un-
wissenheit an den Tag geben, daneben durch die übel zusimmende Application
zu vielen Weitläufigkeiten, Irrthum und schädlichen Opinion Anlaß geben.
Hac igitur occasione, velim habeant sibi Dilentes juris romani rationes
commen-

COMMUNIS, MECKLENBURGICl particularis, quin & **ROSTOCHIENSIS & LUBECENSIS** singularis seu statutariorum ac municipalis, in primis in argumentis de bonorum inter conjuges communione & successione, de dotis augmento seu melioratione, de fœminis fidejubentibus & Vellejani renuntiatione

commendatissimas, habeant sibi, qui Publico & Literatis, non sciamnis & Legulejis sapere cupiunt, longe commendatissimum studium morum Germ. cum universalium, tum particularium, quisque præcipue suæ Patriæ Provinciæ, & singularium seu statutatorum. A priori, in morum **G**eneralium cognitionem introducunt **CONRINGIVS** in **Tr. de Orig. juris German.** **CONRADUS SINCIERVS** seu **KVLPISIVS** de legum Germanicarum & juris romani in nostra Rep. origine & autoritate: Christ. Godofr. **HOFFMANNVS** in tract^s de origine & Natura legum germanicarum earumque ad statum praesentem germania habitu: **THOMASIVS** in *Delineatione juris germanici*: Burch. Gotth. **STRVVIVS** in *Historia juris germanici*: **WERLHOFIVS** de jure Germ. universal & particulari: **SITHMANNVS**, **KRESSIVS**, **GVNDLINGIVS** & plures, quibus debemus Juris Germanici lineas Historicas. A posteriori & per inductionem ipsorum cum juris romani doctrinis vel dissonantium vel consonantium argumentorum huc suos labores contulerunt, qui vel superioribus vel nostris ævis iura romana ad usum practicum, ad usum, quem vocant, modernum in foris Germaniae revocarunt, vel paulo distinctiori opera hodie in primis iura romana cum moribus domesticis curate & pragmatice conferunt, quorum omnium Principes Icti fuerunt & nunc sunt **GEO. AD. STRUVIUS**, **JO. SCHILTERUS**, **SAM. STRYCKIUS**, **GEO. BAYERUS**, **LAUTERBACHIUS**, **KOEPENIUS**, **PHILIPPI**, **GIESEBERTUS**, **JO. HOPPIUS**, **JO. HENR. BERGERUS**, **THOMASIVS**, **WERNERUS**, **LYNCKERUS**, **LUDOVICI**, **GRIBNERUS**, **LUDEWIGIUS**, **BOEHMERUS**, **HERTELIUS**, **TITIUS**, **RORIUS**, **HERTIUS**, **EYBENIUS**, **BOENIGKIUS**, **MICH. GRASSIUS**, **GLAFEYUS**, **KRESSIUS**, **HOFFMANNUS**, **AUG. LEYSERUS**, **GEO. ENGELBRECHTIUS**, **MENCKENIUS**, **CAMERALISTÆ** & selectissimi Scriptores Consiliorum Decisionum & Responorum. Plures non addo, his enim quantum vis paucis & selectioribus saltim pragmaticis Autoribus qui sedulo usus est, eorumque operis sibi ad Curias viam parat, illi utpote Doctrinalibus curatis & pragmaticis imbuто, post non hæredit aqua in propoundendis, perorandis & judicandis actionibus & causis, quas instar materiarum nunc facile conjungere disset cum formalibus practicis seu modo procedendi in judicis ex observantia, ordine & stylo fori. Plura relegenda sunt apud **GOLDASTVM** in pref. ad *Constit. Imperiales*: Exc. Steph. Christoph

ciatione, de Jure Tutorum eorumque confirmatione, de Jure venationis, Territorii jure & Jurisdictione, de Jure braxandi & opificiorum, non pagis, sed civitatibus, ex Legibus, privilegiis, moribus, & forensibus rationibus competente; (x) verum limites hæc omnia nunc excludunt & in aliud otium devol-

Christoph. HARPRECHTIVM de non usu mod. spec. P. 1. §. 13 Christ. Jo. Conr. ENGELBRECHTIUM de Necess. & Util. studii juris Germ. §. 6. sq. Dn. APPIUM V. Cl. Progr. de utilitate studii juris patrii: Conf. Dn. Christ. Frid. HARPRECHTIVM comm. de fontibus juris Civil, mod. Pral. art. 2. Jo. Steph. BURGERMEISTERUM in corpore Jur. Germ. privati & publici pref. Jo. Sal. BRUNQVELL in den erbsneten Gedanken von nohtwendiger Excolirung des Teutschen Rechtes: Henr. Ernest. KESTNERUM, Prof. juris Germ. Rintelensem, de jure Communi in Republ. Germ. probl. 3. & diss. de conjunctione J. Germ. cum Jure romano: Ill. Dn. HOFFMANNUM Prælim. diss. ad Bayerum de juris Germanici principiis ejusque tractandi genuina ratione, & Exerc. jurid. de juris germanici autoritate, verborumque & regularum in Jure G. significazione, quæ inserta est PRÆCOGNITIS IPSIVS jurisprudentia, demum & apud TRIERUM, Consiliarium & Prof. excell. cui de Oeconomia juris & proportione inter jura concurrentia meditationem debemus, & propediem debemus Institutions & Pandectas morum ac Juris Germanici; quas olim ex-comitiali instituto Cancellarii STRALENDORFIUS & MALINKROTIUS, ut & PRINCIPES Imperii, nostroque ævo privati Doctores HORTLEDERUS, GOLDASTUS, LEIBNITIUS, OLDENBURGERUS, ROSENFELDIUS, SCHILTERUS, BAYERUS & plures Nostrates diutius sunt meditati. Videantur R. J. a. 1495. 1570. 1630. 1641. 1644. 1654. MYNSINGERUS Obs. Præct. præf. MALINKROT de Archicanc. p. 130. LONDORPH Acta Publica P. 6. L. 5. n. 102. P. 7. n. 263. 354. 360. 393. 446. 448. 459. Paulus GAMSIUS Comm. ad R. J. a. 1654. §. 34. THOMASIUS diss. de rerum differentiis intuitu Juris Germanici privari in proem. Adde Not. z.

(x) Consuli poterunt, qui hæc Sex capita evolvisse vel tetigisse videri possunt & quidem primū D. VOGTIVS de communione Bonorum ejusque effectu secundum statuta Lubecensia: COTHMANNUS Cancell. Meckl. Vol. I. R. 5. HESE-RUS de comm. Bonorum P. 2. loc. 7. GRASSIVS Cancell. Meckl. in R. S. 8. mortis c. qu. 11. n. 4. GOEDDÆVS V. 1. conf. Marp. c. 26. n. 90. TARNOVIVS Consil. Meckl. in MSt. Enumeratione Argumentorum, in der Deductions-Schrifft ad Acta concursus Hier. Walfeldii creditorum nomine, adversus Debitoris viduam: LAUTERBACHIVS & WESELIVS de connubiali societ. bonorum. Secundum, D. Frid. Gottl. STRUVIVS diss. J. G. de lucro dotis ejusque privilegio in concurs. Creditorum: Jac. Car. SPENERVS Vir celeb. in cogitationibus in Jus R. & G. de usu fructu maritali in bonis uxoriis. L. B. à LYNCKER & WURTZIVS de bonis conjugum illatis & acquisitis. HARPRECHTIVS de usufructu statutario: Tertium, LVDEWIGIVS, STAVINSKI, Phil. Richard, SCHROEDERVS in Differ. & Exerc. de Fidejussione & SCto Vellejano. Quartum, BAYERVS Op. de differencia hodierna inter Curatores & Tutores, & LVDEWIGIVS in cultissimis diff. J. R. & G. Tutelaribus. Quintum, AH. FRITSCHIVS in corpore juris Venatorii

devolvunt atque rejiciunt. Tantum igitur in præsenti vestibulo inque primis lineis dixisse sat esto instar levisimi Speciminis JURIS MECKLENBURGICI PRIVATI ENUCLEATI, hoc est, *collati cum Jure* (z) *Romanico* & *Moiibus Germanorum universim.*

germanici: D. GOEBELIUS de *juris venandi origine*: *SCRIPTORES de Regalibus*, & supra citati in argumento jurisdictionis. Ultimum denique momentum, quod *Historicos & Ictos germanicæ Reip. peritos requirit*, universim tractant III. LVDEWIG opus, de *opifice exule in pagis*: III. GVNDLINGIVS in den Antwort-Schreiben an einen gelehrten Edelmann n. 4. Jo. Wilh. GOEBELIUS *Tr. de jure & judicio rusticorum fori germanici*: Jo. Paulus KRESSIVS de *Pri-vilegiis Agri culturæ apud germanos.*


(z) Præixerunt hocce in Instituto in aliis regionibus Celebres Viri qui contulerunt *Jus R. cum iuribus Provincialibus germanicæ*. Ex horum ingenti numero Ge. ENGELBRECHTIVM voco in cultissima collatione *juris communis & Brun-svico Luneburgici tam intuitu rerum quam personarum*, & qui celebratissimi Patris vestigia egregie secutus est, Chr. Jo. Conr. ENGELBRECHTIVM in specimine primo *Juris Brunsvico Luneburgici Enucleati*. Nisi ultima fata Viro clarissimo obstatissent, dubio caruisset, ipsum ad ordinem Institutionum Juris Justiniani affectum cæptumque *juris filum pertexuisse feliciter*, quo in proposito idem indeclinabile fatum instar capistri & repaguli fuit *Professori in-clyto Helmstadiensi* Jo. WERLHOFIO, cui debemus aliquot *specimina juris*, maxime quo in *foro Germaniae* utinur, enucleati. Ex illorum vero serie, qui *specialissime jura germanicæ statutaria enuclearunt* juxta collationem *juris Justinianei*, Principis instar *huc cito unum Sam. STRYCKIVM*, qui edidit *Differentias J. romanii & statutariorum Lubecensis* juxta ordinem *Institutionum*. Ul-triusque spartæ reliqui *Auctores collationum jurium & Provincialium, & Mu-nicipalium cum J. romano*, ordine nominati sunt in *diff. de indole J. R. forensi p. 12 - 15*. In MEGAPOZI *sigillatum Duumviro B. Matth. STEINIVM & Magn. Dn. Joach. Henr. SIBRANDIVM*, Seniorem ordinis juridici gravissimum, præuen-tes habemus & ad nostrum institutum apprime callineantes. Ille *Dissertatione juridica* exhibuit *Dissonantias juris civilis & moderni ex Tit. VIII. Libri primi I. HVIC* vero *Decades duas* *jurium singularium Mecklenburgicarum*, utri-que *Juris civilis roman.* cum GERMANICO PARTICVLARI *Provinciæ Mecklenburgicæ Patriæque moribus* debemus collationem. Ad SINGULA-RIA GERMANICA Civitatum quidem Megapolitanarum JURA statutaria seu Municipalia cum J. R. conferenda, nullus, quem sciam, sese accinxit, poterit vero haberi instar propylæi & lineamenti Decas Differentiarum J. R. Lubecensis & Rostochiensis quam ver transennam dedit *Præfes in specimine Documentorum ineditorum Mecklenburgensium p. 27. sq. præmissa simul Historia receptionis & indole forensi juris Lubecensis in praxi Rostochiensum p. 19. 23 - 26.* Illos denique Ictos, qui operæ & Lucernæ non pepercerunt in conferendo *jure R.* ejusque usu pratico in Foris nostris universim cum moribus vel jure GERMANICO COMMUNI seu universalis, supra p. 28. sq. nominavimus, ut itaque nostra nunc vela hic commode contrahamus.

Nobi-

Nobilissimo & Eruditissimo Domino
JOANNI PETRO MOELLER,
Jurium Cultori solertissimo Musisque meis
amicissimo S. & F. precatur
PRÆSES.

PAtrios mores qui sūsque deque habent & in addiscenda jurisprudentia romana circa doctrinarum Legumque Cortices versantur, non circa earumdem solidas rationes & usum; illos quidem ad numerum miserabilium Personarum alicubi refert Lynnaeus, ideo, quia sibi & musæo scholastico sapient, non Publico, non Civitatibus, curiis & officiis, in quibus, quamprimum admoti fuerint rebus sum judicio forensi gerendis, illico conticescent & cum animi murnure respicunt. In novum orbem nunc se delatos esse putant, obliviscuntur non solum compendiorum, & Bartolim̄os dediscunt, verum & nunc discere incipiunt, qua addiscenda esse jubent indoles, mores, usus & rationes reipublicæ. Ita est, sine ratione, qui juris romani Scientiam profitetur in foris germania, ille in doctrina forensi rabula est & Legista, qui præsidium & viscera Juris romani ignorat; qui praxin ex opinionibus metitur & ubique agit in star inbabilis Testis, qui sedem non facit, sive scientia rationes ex initio jurium penetrabilibus nescit deducere ac tueri. TE cultissime MOLLERE nolo nec possum ego dimittere sine Literarum Tuarumque virtutum elogio. Non rogatus, sed spontaneus, non solenniter requisitus sed ultroneus Tibi adsum testis quam bene profeceris in utriusque jurisprudentia & romanæ & forensis facultate. Per Triennium ex instituto in jurisprudentiam romanam Tuam industriam ita defixisti, ut juris romani doctrinas ex primis fontibus repetitas ad legales rationes revocares, & has conferres cum institutis, moribus & usu fori seu Reipublicæ, ut primo statim intuitu constaret quid in ipsorum moribus patriis debatur, quid Legibus Juris romani, in subsidium recepti. Edis nunc hujus Tui studii publicum specimen, Tuo ipso marte delineatum, quod, cum Tu mihi meisque musis obtuleris, nunc Tibi applaudens reddo auctum & interpolatum meis accessionibus. Docuisti ev ipso, ita Te esse formatum, ut in Publicum prodire possis cum elogio animi solerti, cultuque Literarum & jurisprudentia subacti. Multum nature debes & benignissima Minervæ, non minus vero & Tuis vigiliis ac oleo, quod insigni industria buc usque dedisti studiis academicis, ut horum rationes nunc fere confeceris. Gratulor Viro reverendo & venerabili Ecclesiastæ, Dn. Parenti Tuo, Filium eruditum; Reipublicæ civem idoneum & solertissimum, qui non in sola laude est industria literaria, sed quem & commendat elegantia morum, probitas vita & animus rectus sibique constans. Vœvo animatus, ut condigna præmia Tibi eveniant, omnisque generis emolument Tuam virtutem excipient comitentur atque circumdcent. Rostochii MDCCXXVII. Ipsius Calendis Januarii.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002326540/phys_0050](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002326540/phys_0050)

DFG





the scale towards document

mo & Eruditissimo Domino
PETRO MOELLER,
Cultori solertissimo Musisque meis
amicissimo S. & F. precatur
PRÆSES.

ui susque deque habent & in addiscenda jurisprudentia ro-
octrinarum Legumque Cortices versantur, non circa earun-
gationes & usum; illos quidem ad numerum miserabilium
refert Lymnaeus, ideo, quia sibi & musæo scholastico sapi-
Civitibus, curiis & officiis, in quibus, quamprimum ad-
m judicio forensi gerendis, illico conticecunt & cum ani-
unt. In novum orbem nunc se delatos esse putant, obli-
compendiorum, & Bartolismos dediscunt, verum & nunc
discenda esse jubent indoles, mores, usus & rationes reipu-
ratione, qui juris romani Scientiam profitetur in foris ger-
forensi rabula est & Legista, qui præsidium & viscera Juris
raxis ex opinionibus metitur & ubique agit instar inhabilis
n facit, suæque scientie rationes ex intimis jurium pe-
lucere ac tueri. TE cultissime MOLLERE nolo nec
sine Literarum Tuarumque virtutum elogio. Non roga-
non solenniter requisitus sed ultroneus Tibi adsum testis
in utriusque jurisprudentiae & romanæ & forensis facul-
tatem ex instituto in jurisprudentiam romanam Tuam inde-
t juris romani doctrinas ex primis fontibus repetitas ad le-
res, & has conferres cum institutis, moribus & usu fori seu
o statim intuitu constaret quid in ipsa moribus patriis de-
s Juris romani, in subsidium recepti. Edis nunc hujus
pecimen, Tuo ipso marte delineatum, quod, cum Tu mibi
ris, nunc Tibi applaudens reddo auctum & interpolatum
Docuisti eo ipso, ita Te esse formatum, ut in Publicum pro-
unni soleris, cultuque Literarum & jurisprudentiae sub-
re debes & benignissima Minervæ, non minus vero & Tuis
nsigni industria buc usque dedisti studiis academicis, ut bo-
ne conficeris. Gratulor Viro reverendo & venerabili Ec-
Tuo, Filium eruditum; Reipublicæ civem idoneum & se-
in sola laude est industrie literaria, sed quem & commen-
probitas vita & animus rectus sibiique constans. Voveo ani-
mena Tibi eveniant, omnisque generis emolument Tuam vir-
entur atque circumdent. Rostochii MDCCXXVII. Ipfis:

